bis vel semel	ein- oder zweymal gezogen worden/	
traduntur.	übergeben. 3	
Filamenta ex *auro* vel *argento ficto* parata,	Die Lionische Arbeit	
referunt *colore* & *nitore*,	siehet/ der Farb und dem Glantz nach/	
similitudinem *veri*,	der guten so gleich/	Similitudo, f. 3. Gleichheit.
adeò ut vix dignosci possent,	daß sie kaum erkennet werden kan/	
nisi fundamentum esset *cuprum*.	wo sie nicht Kupffer zum Grund hätte.	
Fila quoque	Es wird auch Drat	Filum, n. 2. Faden. Drat.
ducuntur	gezogen	

ex *Orichalco*,	aus Meßing,	Orichalcum, n. 2. Meßing.
Ære,	Kupffer,	
Chalybe	Stahl	Chalybs, f. 3. Stahl.
& *Ferro*;	und Eisen;	
quia verò eorum *tractus* in *orbe* multum difficultatis atque laboris habet;	weil diese aber schwer an der Scheibe zu ziehen sind;	Tractus, m. 4. ein Zug. Orbis, m. 3. eine Scheibe.
ideò *officinæ tractoriæ* inventæ sunt,	als hat man die Drat-Mühlen erdacht/ 4	Officina tractoria, eine Drat-Mühl.
ubi bracteæ	allwo jene	
ita extenuantur,	dermassen zubereitet werden/	
ut *requisitam densitatem* acquirant,	daß sie die gehörige Dicke bekommen/	Densitas, f. 3. die Dicke.
& ad tractum	und zum Ziehen	
habiles reddantur,	tüchtig sind/	
cum *scamno machinario* inferuntur.	wann man sie auf die Ziehe-Banck 5 bringet.	Scamnum machinarium, die Ziehe- oder Recke-Banck.
* * *	* * *	
Si *Filum* se præbet *ductile*,	Wann der Drat geschmeidig ist/	

& vor

& tot *ferri*	und durch so viel	
foramina	Eisen-Löcher	
perrepit,	durchschliefft/	
ad *perfectionem*	gelanget er zur	Perfectio, f. 3. Vollkommenheit. Vollendung. Vollstreckung.
pervenit,	Vollkommenheit,	
ita ut ad quasvis res applicari,	so daß er zu allerhand Sachen gebraucht werden/	
& usui nobis esse possit:	und uns grossen Nutzen geben kan:	
Juventuti,	Der Jugend,	
quæ *angustiis* urgetur,	welche sich es sauer lassen werden muß/	
& tractabili animo	und mit willigem Gemüt	
ductum sapientiæ sequitur,	dem Zug der Weißheit folget/	Ductus, m. 4. der Zug.
hoc modo	wird auf solche Weise	
apparatur	zubereitet	
augustum gloriæ *theatrum*.	der herrliche Schauplatz der Ehre.	Theatrum gloriæ, Schauplatz der Ehren.

XLI.

Cælator. Der Siegelgraber.



Ea, quæ *Artifex* iste prius in *cera* format,	Was dieser Künstler zuvor in Wachs poussirt / 1	
insculpit deinde,	das gräbt er hernach /	
ope *cælorum* (*cæltum*)	vermittelst der Grab-Stichel, 2	Cælum, n. 2. Cæles & Cæltes, m. 3. Grab-Stichel. Grab-Stech-Eisen.
variorumque *scalprorum*,	auch vielfältiger Punzen, 3	
durissimo *chalybi*,	in den härtesten Stahl, 4	Jaspis, f. 3. Jaspis.
aut interdum	oder bisweilen in	Achates, m. 1. Achat.
Jaspidi, *Achatæ*,	Jaspis, Achat,	Carneola, f. 1. Carneol.
Carneolæ, *Sapphiro*,	Carneol, Saphier,	Sapphirus, f. 2. Saphir.
aliisque,	und dergleichen /	Annulus signatorius, ein Wappen- oder Pitschier-Ring.
ad *signatorios annulos*;	zu Wappen-Ringen; 5	
quæ gemmæ	welche Edelgestein den	
Scutum, *Parmam*,	Wappen-Schild,	Partitio, f. 3. der Wappen-Durchschnitt.
Partitiones,	die Durchschnitte,	
Figuras,	Figuren,	
Telamones vel *Atlantes*,	Wappen-Stützen oder Wappenhalter,	Telamon, m. 3. Atlas, m. 3. Wappenhalter.

apices

apices plumatiles & *appendices* ſcuti *coronarias*,
interdum etiam *characteres implexos* & *imagines ſymbolicas acutis quibusdam brevibus ſententiolis illuſtratas* exprimunt.
Elaborat etiam *formas monetarias* non ſolum ad *monetam ordinariam*,

ſed & ad *numiſmata numos, numiſmata memoriæ & gratiæ teſtes.*

* * *

Antiocheni geſtabant Epiſcopi ſui *Meletii imaginem* in annulis;
Habeamus in memoria *Paſtorem* & *Epiſcopum animarum noſtrarum JESUM crucifixum*,

ut *Imago* Ejus in nobis luceat,
Ipſe enim dicit:
Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, Cant. 8. 6.

Feder-Büſche, und Helm-Zierden,

bißweilen auch verzogene Buchſtaben und Deviſen vorſtellen.

Er verfertiget auch Müntz-Stöcke nicht allein, zu ordentlichen Müntzen,

ſondern auch zu Schau- und Gedächtnus-Pfenningen, (Medaillen /) Gnaden-Pfenningen.

* * *

Die Antiochener trugen ihres Biſchofs Meletii Bildnus in ihren Ringen;
Laſſt uns im Gedächtnus halten den Hirten und Biſchof unſerer Seelen, JESUM den Gekreutzigten,
daß ſein Bild in uns leuchte /
dann Er ſagt ſelbſt:
Setze mich wie ein Siegel auf dein Hertz. Hohe L. 8. 6.

Apex plumatilis, der Feder-Buſch auf dem Wappen oder Helm.
Appendix ſcuti coronaria, die Helm-Zierde.
Characteres implexi, verzogene Buchſtaben.
Imago ſymbolica, acuta quadam brevique ſententiola illuſtrata, ein Devis, Sinnbild / mit einem kurtzen und ſinnreichen Bey-Wort.
Forma monetaria, der Müntz-Stock.
Numiſma, n. 3. Numus, m. 2. eine Gedächtnus-Müntz. Schau-Pfenning.
Numiſma principale.
Numiſma gratiæ teſtis, ein Gnaden-Pfenning.

Signaculum, n. 2. ein Siegel.

XLII.

Gemmarum Sculptor. Der Steinschneider.



Gemmæ ſunt quaſi *ſtellæ terræ*,	Die Edelgeſteine ſind gleichſam Sterne der Erden,	
ſplendorem verò ſuum nanciſcuntur *arte*,	aber ihren Schimmer bekommen ſie durch die Kunſt,	
ſi nempe *Gemmarum ſculptor* adhærentem illis impuritiam *cote* demit,	wann nemlich der Steinſchneider, die ihnen anhangende Unreinigkeit/ auf dem Schleifſtein 1 wegſchleiffet/	Cos, f. 3. der Wetz⸗oder Schleifſtein.
deinde *gemmam*, leviter comminuto (a) *Smiride* (*Smyride*)	hernach den Stein, mit gröblicht geſtoſ⸗ſenem Schmergel	Smiris, m. 3. Smyris, f. 3. der Schmer⸗gel.
orbi ferreo aut *quadranti* infert,	auf die ſtählene Scheibe 2 oder Quadranten bringt/	
& denique prorſus expolit	und letzlich gar polirt	

& ni-

& *nitentes* (*rutilantes*) reddit.	und glänzend macht. 3	
Idcirco arridet oculis multiplici fronte rutilans (irradians) *Adamas*, varia in latera sculptus *Adamas*;	Daher gefällt den Augen ein mit schönen Facetten oder eckicht-geschnittener Diamant; 4	
quemadmodum contra lapis pretiosus, si *nubeculam* aut *scabritiem* habet, vilipenditur aut intra precium emitur.	da hingegen ein Stein / wann er Flecken oder eine Rauhe hat / nicht geachtet oder hoch bezahlet wird.	Nubecula, f. 1. der Flecken in einem Stein. Scabrities, f. 5. die Rauhigkeit.
In manus *Gemmarum sculptoris* veniunt extra supradictum:	Dem Steinschneider kommen zu Handen ausser obgemeldtem:	
Amethystus, f. 2.	Der Amethist,	
Carbunculus. *Pyropus Rubinus*, m. 2. *Balasius*,	Rubin, Rubin-Balas,	
Granata, f. 1. *Carchedonius*, m. 2. *Chrysolithus*, f. 2.	Granat, Chrysolith,	
Sapphirus, f. 2. *Hyacinthus*, m. 2. *Jaspis*, f. 3.	Saphier, Hyacinth, Jaspis,	
Smaragdus, m. 2. *Topazius*, f. 2.	Smaragd, Topaß,	
aliique plures.	und andere mehr.	
* * *	* * *	
Gemmis splendoris causa *bracteolæ resplendentes* subjiciuntur:	Edelgesteine werden / daß sie noch mehr spielen / auf schöne Folien gesetzt:	Bracteola resplendens, Folie.
Omnium *Virtutum splendor* eò nobilior est, si *Humilitati* innititur.	Aller Tugenden Glantz ist desto edler / wann selbiger auf Demut gegründet ist.	

XLIII.

Faber ærarius.



Der Kupffer-Schmidt.

Marcu-

Marculus m. 2.	Der Kupfferschmids-Hammer 1	
multorum hominum *commodis* consulit:	schafft vielen Menschen Nutzen:	
In culina enim requiritur	Dann in der Kuche wird erfordert	
Pytina, f. 1. *Orca*, f. 1.	die Butte, 2	
Situlæ,	Stützen, 3	
Vas ad *abluendam carnem*,	das Fleisch-Schaff, 4	
Lebes, *cortina piscinalis*,	der Fisch-Kessel, 5	
Psycter, m. 3.	Kühl- oder Schwanck-Kessel, 6	
Pelves, *Pollubra*,	Becken, 7	Pelvis, f. 3. Pollubrum, n. 2. ein Beck.
Calathus, *Canistrum*,	der Brod-Kessel, 8	
Qualum acetarium,	Salat-Sieb, 9	
Foculus, *Ignitabulum*,	die Kohl-Pfannen, 10	
Scutula, *Coquula*,	Dorten-Pfanne, 11	
Gabata ad *artocreata*, aut *dulciaria* vel *cupedia* ex *saccharo*,	Pasteten- oder Zucker-Blech, (Scharte) 12	
Trua,	Spül-Standen, Spül-Brenten, Wasch-Faß,	
Alveus, m. 2.	Multern.	

Hortu-

Hortulano opus est	Der Gärtner hat vonnöthen	
harpagio;	des Gies=Krugs; 13	Harpagium, n. 2. der Spreng-Krug.
Et rusticæ	Und die Bäurin	
situlo lactario.	den Milch=Krug. 14	Situlus lactarius, der Milch-Krug.
Affabrè facti	Die zierlich-ausgearbeitete	
Fontes salientes	Spring=Brunnen 15	
ornant hortos.	zieren die Gärten.	
Zythopeptæ (Zythepsæ) magno usui sunt	Den Bier-Bräuern dienen	Zythopepta, Zythepsa, m. 1. der Bier-Bräuer.
Ahena braxatoria magna;	die grossen Brau=Pfannen; 16	Ahenum braxatorium, der Brau-Kessel.
Et pharmacopolium	Und die Apothecke	
carere non potest	kan der kupfernen	
Alembicis destillatoriis,	Brennzeuge,	Alembicum destillatorium, Brenn-Zeug. Distillir-Kolben.
Vesicis,	Vesicen, 17	
aliisque *vasibus* æneis,	und andern Gefässen,	
quæ simul stanno incoquuntur.	welche zugleich überzinnet werden/ nicht entbehren.	
Sub Tectis	Unter den Dächern	

super-

Latin	Deutsch	
superbiunt *æneæ colliquiæ* rictu draconum aquam pluvialem fundentes.	prangen die kupfferne Dach-Rinnen mit Drachen-Köpffen. 18	Colliquiæ, arum, f. 1. pl. Dach-Rinnen.
Faber ærarius etiam *pergulas* (*xystos*) cupro obducit.	Der Kupffer-Schmidt beleget auch die Altäne mit Kupffer.	Pergula, f. 1. Xystus, m. 2. eine Altane.
* * *	* * *	
Cuprum, nisi *stanno* illiniatur,	Das Kupffer, wo es nicht überzinnt wird,	
cibos intra se bullientes, *sapore* quodam *nauseam creante* corrumpit:	macht die Speisen, die darinnen sieden, unangenehmen Geschmacks:	Sapor, m. 3. Geschmack.
Et *Eruditio*	Und die Wissenschafft	
contaminat eum *animum*,	wird in demjenigen Gemüt verderbt,	
qui non	welches nicht	
Cognitione sui	durch Erkanntnus sein selbst	
præservatur.	verwahret wird.	

XLIV.

XLIV.

Faber ſtannarius.



Der Kannen-Gieſſer.

Stannum fusum,	Das gegossene Zinn	
infertur *arcæ tornatoriæ*,	wird auf die Drehe-Lade 1 gebracht/	Arca tornatoria, die Drehe-Lade.
quæ versatur ope *rotæ*,	welche mit dem Rad umgetrieben wird. 2	
Vasa patula	Offene Geschirre	Patulus, a, um, offen.
una vice (simul) conflantur,	werden auf einmal gegossen/	
rotunda verò bis,	die runden aber auf zweymal/	
& deinde plumbantur.	und hernach zusammen gelöthet.	
Hoc modo	Auf solche Weise	
postea prodeunt	kommt hernach	
ex *officina stannaria*	aus dem Kandelgiesser-Kram	Officina stannaria, Kandelgiesser-Kram.
varia *utensilia mensaria*,	allerhand Tisch-Zeug,	Utensilia, pl. n. 3. Hauß- und Tisch-Geschirre.
nempe:	als:	
Lanx, f. 3. *Catinus*, vel *catinum*,	der Braten-Teller, 3	
Patina,	die flache Schüssel,	
Magis, idis, f. 3.	grosse tieffe Schüssel, 4	

Scutella ansata cum *operculo*,	Oehrichte Schüssel, (mit Handhaben) mit dem Deckel, 5	Ansatus, a, um, das eine Handhebe hat.
Phiala, *Patera*,	Schalen, 6	
Orbes, *Quadra*,	Teller, 7	Orbis, m. 3. Quadra, f. 1. ein Teller.
Salinum,	das Saltzfaß, 8	
Candelabrum,	der Leuchter, 9	
Basis vel *Circulus mensarius*,	Schüssel-Ring, 10	
Hemina, (*Cantharus*) & *Cirnea* vel *Oenophorum*,	Tisch- und Schenck-Kanne, 11	
Cyathus, *Poculum*, *Scyphus*,	der Becher, 12	
Lagena,	die Flaschen, 13	
Vasa ad *munditiem*,	Reinigungs-Gefässe,	Mundities, f. 5. Reinigung / Reinigkeit.
utpote:	als:	
Gutturnium,	Hand-Faß,	
Mallubium,	Hand-Beck, 14	
Lavacrum,	Lavoir, 15	
Baptisterium.	Tauf-Beck und Spreng-Krug. 16	
Pharmacopolæ & Tonsores petunt ibidem	Apothecker und Barbierer holen allda	
Pyxides,	Büchsen, 17	Pyxis, f. 3. eine Büchse.

Mensu-

Mensuras,	Mensuren, 18	
Siphones,	Spritzen 19	Siphon, m. 3. eine Spritze.
& *Spathas*, *Spathulas*.	und Spateln. 20	Spatha, Spathula. f. 1. eine Spatel.
Institor, m. 3. minutæ mercis propola (minutus mercator)	Der Krämer	
emit *ampullam oleariam*	kaufft den Oel-Ständner 21	Ampulla olearia, ein Oel-Ständner.
& *infundibulum*.	und Triechter. 22	
* * *	* * *	
Stannum vindicat *cuprum* ac *ferrum*,	Zinn erhält das Kupffer und Eisen,	
adversus voraces *flammas*:	wider die verzehrende Flammen:	
Illi, qui semel sunt *illuminati*,	Die, so einmal erleuchtet sind,	
gustaverunt quoque *donum cœleste*,	und geschmecket haben die himmlischen Gaben,	
& *participes* facti sunt *Spiritus sancti*	und theilhafftig worden sind des Heiligen Geistes,	Particeps, o. theilhafftig.
proximo suo, *antidoti loco* inserviunt,	dienen ihrem Nächsten als ein kräfftiges Mittel,	
ne à *libidinis ardore* conficiatur.	damit er nicht von dem bösen Lust-Feuer verzehret werde.	

XLV.

Bracteator. Der Flinderschlager.



Bracteolæ inauratæ, quæ partim læves, partim variis *figuris* ornatæ sunt, certis *instrumentis* ferreis & *formis* exciduntur (exscinduntur.)
Hæ olim aureæ
ad *reticula*, quæ nunc ferme in desuetudinem abierunt, adhibebantur;
hodierno verò tempore coram *domibus*, ubi adornantur *nuptiæ*, aut *cœna nuptialis* datur, sparguntur,

Die Flinder, 1 welche thei's glatt/ theils mit allerhand Figuren gezieret sind/
werden mit gewissen Eisen und Stempeln 2 ausgehauen.
Ehedessen wurden solche aus Gold/
zu Flinder-Hauben, 3 welche nun fast gantz abgekommen/ gebraucht;
heutiges Tages aber werden sie vor den Braut- oder Hochzeit-Häusern gestreuet/


Bracteola, f. 1. inaurata, ein Flinderlein.

Raticulum bracteolis aureis ornatum, eine Flinder-Haube.

& à pueris *die solenni nuptiarum* recolliguntur.	und von den Kindern am Hochzeit-Tag aufgelesen. 4	
Calculis,	Die Rechen-Pfenninge, 5	Calculus, m. 2. ein Rechen-Pfenning.
qui pariter in hac officina, iisdem instrumentis,	welche gleichfalls in dieser Werckstatt mit eben solchem Müntz-Zeug/	
ut *monetæ* vulgati commercii, cuduntur,	wie die gangbare Müntzen, geprägt werden/ 6	
quondam utebantur in *abacis*,	wurden vorzeiten auf den Rechen-Tischen,	Abacus, m. 2. ein Rechen-Tisch.
ad institutionem juventutis:	in Unterweisung der Jugend gebraucht:	
Nunc verò in *tabulis lusoriis*,	Nun aber sind sie auf den Spiel-Tischen,	Tabula lusoria, ein Spiel-Tisch.
cum tractantur *Folia lusoria*, *Scrupi lusorii* (*Taleolæ lusoriæ*) & *ludus anserinus* sæpissimè usurpantur.	bey dem Karten-Damm- und Gänse-Spiel üblich.	Folia lusoria, die Karten.
* * *	* * *	
Aulici	Hofleute	Aulicus, ein Hof-Mann.
similes sunt *calculis*,	sind wie die Rechen-Pfenninge,	
qui, secundum *Principis* sui *faborem*,	welche nach ihres Herrn Gunst,	
modò *multum*, modò *parum* valent.	bald viel, bald wenig gelten.	

XLVI.

Flator Æris.



Der Rothschmidt.

Latin	German	Glossary
Hic inservit	Dieser dienet	
diligenti manu sua,	mit seiner fleißigen Hand,	
non solùm *Magnatibus*,	nicht allein grossen Herren,	Magnates, m. pl. Grosse Herren.
confectione	mit Verfertigung	
splendidarum *Statuarum*,	prächtiger Statuen, 1	Statua, f. 1. eine Bild-Seule.
& communium pensiliumque *Lychnuchorum*,	auch gemeinen und hangenden Leuchtern, 2	Communis Lychnuchus, m. 2. ein gemeiner Leuchter. Pensilis Lychnuchus, ein hangender Leuchter.
sed omnibus,	sondern allen /	
dum illis	indem er ihnen	
per *epitaphia*	durch die Epitaphien 3	Epitaphium, n. 2. ein Grabmahl / eine Grabschrifft.
memoriam mortalitatis	die Sterblichkeit	
ob oculos ponit,	vor Augen stellt /	
cæterum verò	im übrigen aber	
multas *res utiles*	viel nutzliche Sachen	
procurat.	verschafft.	
Ab eo	Von ihm	
extant in templis	siehet man in der Kirchen	
artificiosè elaborati *Fontes lustrales*,	künstliche Tauf-Steine, 4	Fons lustralis, der Tauf-Stein.

Candelabra	Altar=Leuchter, 5	Candelabrum, n. 2. ein Altar = oder Kirchen=Leuchter.
& *Thuribula.*	und Rauch=Fässer. 6	Thuribulum, n. 2. ein Rauch=Faß.
In hypocaustis & aliis conclavibus	In der Stuben und andern Gemächern	
utimur	brauchen wir	
Cochleis.	Schrauben. 7	Cochlea, f. 1. eine Schraube.
Coqua in culina sese ostentat	Die Köchin pranget in der Kuchen	
Orichalceis Sartaginibus,	mit den meßingen Pfannen, 8	Sartago, f. 3. eine Pfanne.
Mortariis, (*Mortariolis,*) unà cum *Pilis,* (*Pistillis*)	Mörsern (grossen und kleinen) samt den Stempfeln, 9	Mortarium, n. 2. ein Mörser. Mortariolum, n. 2. ein Mörserlein.
& *Emunctoriis.*	auch Licht=Putzen (Putz=Schern.) 10	Pilum, vel Pistillum, n. 2. ein Stempfel.
Arcularius quærit ibi	Der Schreiner holet da	
Glutinarium suum;	seinen Leim=Tigel; 11	Glutinarium, n. 2. ein Leim=Tigel.
Pincerna	der Kellner	
Epistomia cum *Verticulis epistomiorum.*	die Wein= und Bier=Röhren, (Zapffen) mit ihren Hahnen. 12	Epistomium, n. 2. eine Röhre. Verticulum epistomii, der Wirbel am Hahn.
Præterea emuntur ibi etiam	Uber dieses werden auch allda gekaufft	Fontis salientis rostrum. Canaliculus.
Fontis salientis rostra, Canaliculi, Emissariæ fistulæ,	Röhren zu Spring=Brunnen, 13	Emissaria fistula, eine Röhre an einem Spring=Brunnen.

Sipho-

Siphones incendiarii,	Feuer-Spritzen, 14	Siphon incendiarius, eine Feuer-Spritze.
variaque *Pondera.*	und allerhand Gewichte. 15	
Tornio æris,	Der Rothschmidt-Drechsel, 16	
conficit,	verfertiget/	
ope magni	vermittelst des grossen	
Tympani,	Wasser-Rads, 17	Tympanum, n. 2. ein Wasser-Rad.
res rotundas, oblongas & angulares.	runde/ länglicht- und eckichte Sachen.	Oblongus, a, um, Länglicht/ Oval. Angularis, e, Eckicht.
* * *	* * *	
Orichalcum	Der Meßing	
situm ducit,	laufft an/	
ni sæpius mundatur;	wo er nicht sauber gehalten wird;	
& *Conscientia*	und das Gewissen	Conscientia, f. 1. das Gewissen.
polluitur (inquinatur)	bekommt Flecken/	
ubi homo non pudore quodam avocatur à *studio* (voluntate) *peccandi.*	wo man sich nicht für muthwilligen Sünden hütet.	

XLVII.

Cingularius & Fibularius.



Der Gürtler und Clausur-Macher.

A *Cingulario*	Von dem Gürtler	
non solùm	werden nicht allein	
in usum *virorum*	für die Männer	
Ornamenta	Beschläge	
ad *cingula*	zu Gürteln	Cingulum, n. 2. ein Gürtel.
& *balteos*,	und Wehr-Gehängen, 1	Balteus, m. 2. & Balteum, n. 2. ein Wehr-Gehäng.
sed &	sondern auch	
pro *fœminis*	für die Weiber	
sive *ferrea*,	entweder gantz eiserne,	
orichalcea,	meßinge,	Orichalceus, a, um, meßinge.
vel *scortea*,	oder lederne,	Scorteus, a, um, ledern.
attamen *ferrata cingula*,	doch mit Eisen beschlagene Gürteln, 2	Ferratus, a, um, mit Eisen beschlagen.
variæque *catenulæ*	und allerhand Kettlein 3	Catenula, f. 1. ein Kettlein.
elaborantur.	verfertiget.	
Ejus *opificina*	Seine Werckstatt	
præterea abundat	ist ferner versehen	
crinalibus, (*acubus crinalibus*)	mit Haar-Nadeln, 4	
uncinulis ad *pallia*	Hacken zu Mänteln	Uncinulus, m. 2. ein Hacken.

& *togas*

& *togas domesticas*;	und Schlaf=Röcken; 5	Toga domestica, ein Schlaf=Rock.
fibulis & *ansulis*;	Schnallen zu Schuhen und Riemen; 6	Fibula, Ansula, f. 1. Schnalle zu den Schuhen und Riemen.
Præbet emtori	Er reichet dem Käuffer dar	Emtor, m. 3. der Kauffer.
metallica,	metallene,	Metallicus, a, um, metallen.
ad modum *argenteorum* formata	auf Silber Art gemachte	
Cochlearia,	Löffeln, 7	
Pateras,	Schalen, 8	
Cultrorum capulos, (*manubria*)	Messer=Heffte, 9	Capulus & Capulum cultri, it. Manubrium, Messer=Heft.
Ensium scutulas, *cochleas capulares*, *gladiorum capularia tegumina*,	Degen=Gefässe, 10	Ensis scutula, Cochlea capularis, Gladii capulare tegumen, ein Degen=Gefäß.
variosque modos *bullarum*,	und allerhand Sorten von Spangen, 11	Bulla, f. 1. eine Spange.
adstringendæ vesti *globulos*,	Knöpffen, 12	Adstringendæ vesti globulus, ein Knopf.
umbones librarios.	Buckeln, 13	Umbo librarius, ein Buckel / Buch=Spange.
& *capita clavorum*,	und Nägel=Hauben, 14	Caput clavi, Nagel=Haube.
quibus,	womit	
Rhedæ,	die Kutschen,	Rheda, f. 1. eine Kutsche.
Lecticæ	Sänfften	
& *Sedilia*	und Sesseln	Sedile, n. 3. ein Sessel.
muniuntur.	beschlagen werden.	

Insuper

Insuper ei etiam sunt elegantes orichalcei *typi, characteres*	Uber dieses hat er auch schöne meßinge Buchstaben	
& *scutula (parmulæ)*	und Wappen-Schildlein, 15	Scutulum, n. 2. Parmula, f. 1. ein Wappen-Schildlein.
ut & *milli, muricesque* ad millia	wie auch Nägel und Geschmeide auf Hals-Bänder 16	Milli & Murices, Nägel und Geschmeide auf dem Halsband.
pro *majoribus & Melitæis Canibus.*	für Englische Doggen und Frauenzimmer-Hündlein.	Major Canis, ein Englische Dogge. Canis Melitæus, ein Frauenzimmer-Hündlein.
Fibularius	Der Clausurmacher	
conficit	verschaffet	
uncinos, hamulos, fibulas, quibus *libri* clauduntur.	Clausuren und Gesperre. 17	Uncini, hamuli, fibulæ, Clausuren/Gesperre.
* * *	* * *	
Falsi amici sunt ut *fibulæ* rumpentes:	Falsche Freunde sind wie die Gesperre, so nicht fest bleiben/	
rumpit eorum *corrupta* (venalis) *fides*, antequam tempore *probatur* aut *premitur*.	ihre gering-haltende Treue bricht/ ehe sie durch die Zeit geprüfet oder gedruckt wird.	

XLVIII.

XLVIII.

Faber Tintinnabulorum. Der Schellenmacher.



Nolæ, (*Tintinnabula*) forma excusa,	Die Schellen, wann sie in der Form ausgemacht/1	Nola, f. 1. Tintinnabulum, n. 2. eine Schelle.
plumbantur, (*ferruminantur*)	werden gelöthet, 2	
in scamno tornatorio *detornantur*,	auf der Drehe-Banck abgedrehet, 3	
ad *sonum aptantur*,	gestimmet, 4	
deinde *repurgantur*	hernach gescheuret 5	
& *nitida redduntur*.	und glänzend gemacht.	
Tintinnabulorum variæ sunt species:	Die Schellen sind unterschiedlicher Arten:	
Tintinnabula, quibus *equi ad traham instructi* ornantur;	Schellen für die Schlitten-Pferde; 6	Falco, m. 3. ein Falck. Accipiter, m. 3. ein Sperber.
Tintinnabula falconum & accipitrum;	Falcken- und Sperber-Schellen; 7	Vas futile, ein Glas / das man nicht niedersetzen kan. Lauffferlein.
Tintinnabula vasorum futilium;	Schellen an Gläser, 8 die man nicht niedersetzen kan;	

Tintin-

Latin	Deutsch	
Tintinnabula, quæ appenduntur *dentibus luporum* argento inclusis, quibus infantes plorantes à gerulis mitigantur;	Schellen, an die in Silber gefaßte Wolffs-Zähne, womit die weinende Kinder von den Kinds-Mägden gestillet werden; 9	Plorans, weinend. Gerula, f. 1. eine Kinds-Magd.
Tintinnabula, quæ *aurigarum equis mulisque* alligantur;	Schellen für Fuhrmanns-Pferde und Maul-Eseln; 10	Mulus, m. 2. ein Maul-Esel.
Codones.	Küh-Schellen. 11	Codon, m. 3. eine Küh-Schelle. Glöcklein.
Aucupi inservit faber tintinnabulorum *fistulis* avium garritum *assimulantibus*.	Dem Vogler dient der Schellenmacher auch mit Maisen- oder Lerchen-Pfeiffen. 12	Fistula avium garritum assimulans, eine Maisen- oder Lerchen-Pfeiffe.
* * *	* * *	
Qui hoc in mundo *vivere quietè* cupit,	Wer in der Welt ruhig leben will /	
non sit *irritabilis*,	sey nicht bald empfindlich,	Irritabilis, e, empfindlich.
& *tintinnabulo* similis, quod levissimo tactu	und der Schelle gleich / welche auf das geringste Anrühren	
murmur edit;	einen Laut von sich gibt;	
sed, omni data occasione bilem movente, in memoriam sibi revocet verba:	sondern gedencke / bey aller zum Zorn reitzenden Gelegenheit / an die Worte:	
In silentio & spe erit Fortitudo vestra. Es. XXX. 15.	Durch still seyn und hoffen werdet ihr starck seyn. Es. XXX. 15.	

XLIX.
Digitalium Opifex. Der Fingerhüter.



Non solùm *nentes fœminæ*;	Nicht allein nehende Weibs-Personen, 1	
sed & *Sartores*, *Pelliones*, *Ephippiarii*, *Sutores* & *Veteramentarii*,	sondern auch Schneider, Kirschner, Sattler, Schuster und Altmacher, (Altreissen)	Veteramentarius sutor, ein Altmacher. Altreiß.
multique alii, *magnum* capiunt *commodum* ex opificis digitalium labore.	und viel andere / haben grossen Nutzen von des Fingerhüters Arbeit.	
Conficit verò ea vario modo:	Er verfertiget solche aber auf unterschiedliche Art:	Digitale, n. 3. Digitabulum, n. 2. ein Fingerhut.
sunt *digitalia* (*digitabula*) vel *rotunda* vel *triangula* (*triangularia*;)	entweder sind die Fingerhüte rund, 2 oder drey-eckicht; 3	Triangulus, a, um. Triangularis, e. Dreyeckicht.

fulgo.

fulgorem etiam illis *addit*, (*nitorem conciliat.*)	er macht sie auch mit Spiegeln,	
aut incidit illis *minutos*	oder hauet klare und	Minutus, a, um, klein/ klar.
vel *crassos Asteriscos.*	grobe Sterne darein.	Crassus, a, um, grob/ dick.
Interdum ea sunt *duplicia*,	Bisweilen sind sie gedoppelt,	Inferus, a, um, untere.
& quidem inferum *læve*	und der untere glatt	Lævis, e, glatt.
& *inauratum*,	und verguldet,	Inauratus, a, um, verguldet.
superius verò *excavatum.*	der obere aber durchbrochen.	Excavatus, a, um, ausgehölt/durchbrochen.
Materia, quæ ad hæc adhibetur,	Die Materie/ welche dazu gebraucht wird/	
est *Argentum*,	ist Silber,	
Cuprum, *Æs Cyprium*,	Kupffer,	
Chalybs	Stahl	
& *Ferrum*,	und Eisen,	
plerumque verò *Orichalcum.*	meistens aber Meßing.	
* * *	* * *	
Non ita *digitale munit digitos*,	Der Fingerhut schützt nicht so die Finger,	
contra *puncturam acûs:*	wider die Nadel-Stiche:	
quam *innocentia cor*,	als die Unschuld das Hertz,	Innocentia, f. 1. die Unschuld.
contra *calumniæ aculeos.*	wider die Stiche der Verläumdung.	

L.

Serrarius Faber. Clauſtrarius.
Der Schloſſer.



Hic quidem facit *ſeras*,
utpote catenarias ſeras vel penſiles, appendulas,
ſeras incitati peſſuli, cluſiles,
ſeras gemini lateris,
ſeras jacentis peſſuli,
unà cum variis *clavibus*:
fures verò callent etiam interdum *clavibus adulterinis*, januam ad bene cuſtoditos *theſauros* reſerare;

Dieſer macht wohl Schlöſſer, 1
als Mahl- oder Vorleg-Schlöſſer/
einfach-ſchlieſſende Schlöſſer/mit einem leiſen Eingericht/
doppelte Schlöſſer/
Schlöſſer mit einem liegenden Zug/
ſamt unterſchiedlichen Schlüſſeln; 2
aber die Diebe wiſſen auch bisweilen durch Dietriche, 3
eine Thür zu wohlverwahrten Schätzen zu eröffnen;

Sera, f. 1. ein Schloß.
Catenaria ſera, vel penſilis, appendula, ein Mahl-oder Vorleg-Schloß.
Sera incitati peſſuli,
Sera cluſilis, ein einfach-ſchlieſſendes Schloß/mit einem leiſen Eingericht.
Sera gemini lateris, ein doppeltes Schloß.
Sera jacentis peſſuli, ein Schloß mit einem liegenden Zug.
Clavis, f. 3. ein Schlüſſel.
Clavis adulterina, ein Dietrich.

inde

inde *seræ Laconicæ* in usu sunt.	daher sind die verdeck-ten Schlösser üb-lich.	Sera Laconica, ein verdecktes Schloß.
Canaliculus clavis duro projecto munitur.	Das Schlüssel-Rohr 4 wird mit einem guten Bart versehen. 5	Projectum clavis, Bart am Schlüssel.
Hic reperiuntur etiam varia *Ligamina*, *Pessuli*, *Obices*, *Cornices*, vel *Cadivi pessuli*, *Ansæ* & *Cesticilli*.	Allhie findet man auch allerhand Bänder, 6 Riegeln, 7 Thür-Ringe, oder Klopffer, 8 Handheben und Ringe, womit man trägt. 9	Ligamen, n. 3. ein Band. Pessulus, & Pessulum. Obex, c. 3. ein Rie-gel. Cornix, f. 3. Cadivus pessulus, ein Thür-Ring/ Klopffer. Ansa, f. 1. eine Hand-hebe. Cesticillus, m. 2. ein Haupt-Ring/ wo-mit man trägt.
Cardines, *Epistathmi*, ad Fores plicatiles.	Thür-Angeln, 10 Thür-Bänder, so in den Thür-Angel hin ein gehen/ zu Thüren mit doppelten Bändern / davon ein Theil auf einmal kan aufgethan werden.	Epistathmus, m. 2. Thür-Band / so in den Thür-Angel hinein gehet.
Serarius faber admirabilem se in opere suo ostendit	Der Schlosser zeiget auch seine Kunst	
elaborans scitè venustè factas *januas ferreas* (*ostia ferrea*)	in schönen eisernen Thüren, 11	Janua. f. 1. Ostium, n. 2. eine Thür.
in hortis & atriis, *ostiorum fastigia*,	zu Gärten und Sälen/ in Thür-Gesimsen, mit Zierrathen, 12	Atrium, n. 2. ein Saal. Ostii fastigium, ein Thür-Gesims mit Zierrath.
variosque *clathros*, (*clathra*) *cancellos*.	auch allerhand Git-tern. 13	Clathrus, m. 2. Cla-thrum, n. 2. Can-celli, m. pl. Gitter.
In hypocaustum mittit ad fornacem *Focos*,	In die Stuben schickt er zu den Oefen Ofen-Blatten, dar-auf das Feuer liegt/ 14	Focus, m. 2. ein Ofen-Blatten.

Bases fornacis, Fornaces ferreas, ferreas Fornaculas, clibanos;	Ofen=Gestelle, 15 eiserne Oefen, 16 Oefelein, Bach=Oefelein; 17	Basis, f. 3. fornacis, Ofen=Gestell / Ofen=Fuß. Fornax ferrea, ein eiserner Ofen.
& ad culinam	und in die Kuchen	
Rutabula, Furcas fornarias,	Ofen=Gabeln, 18	Rutabulum, n. 2. Furca fornaria, eine Ofen=Gabel.
Automata. Rotata Instrumenta versando veru. Veru automatum,	Bräter, Braten=Wender, 19	Automatum. Rotatum Instrumentum versando veru. Veru automatum, ein Bräter.
Crateuteria,	Brat=Böcke, worauf der Spieß liegt, 20	Crateuterium, n. 2. ein Brat=Bock.
Verua & Verucula.	groß und kleine Brat=Spisse. 21	Veruculum, n. 2. ein kleiner Brat=Spieß.
Rationum conclave vel cella	Die Schreib=Stube (Contoir)	
petit ab eo	holet von ihm	
Arcas (cistas) pecuniarias.	die Cassa=Truhen; (Geld=Kisten) 22	Arca f. 1. (cista) pecuniaria, Cassa=Truhen. Geld=Kiste.
Adhæc requiritur *claustrarius,*	Uber dieses bedarf man des Schlossers,	
ut non solùm *contignationes,*	daß er nicht allein die Glocken=Stüle,	Contignatio, f. 3. ein Glocken=Stul.
sed etiam *armamenta lignea ad catapultaria mortaria*	sondern auch die Gestelle zu Pöllern (Mörsern)	Armamentum ligneum ad catapultarium mortarium, ein Feuer=Mörser=Gestell.
& *muralium tormentorum canteria lignea*	und Lavetten zu Stücken 23	Muralis tormenti cantorium ligneum, eine Lavette eines Geschützes.
ferro muniat,	beschlage /	
& portas *cataractis* vel *herciis* armet.	und die Thore mit Schutz=oder Fall=Gattern versehe. 24	Cataracta, f. 1. Hercius, m. 2. ein Schutz=oder Fall=Gatter.

Tandem

Tandem descendit *ferrarius faber*	Endlich steiget der Schlosser	
in *cellas*,	in die Keller hinab/	
ut ibi	daß er allda	
Dolia culearia	die grossen Stuck-Fåsser	Dolium culeare, ein groß Stuck-Faß.
circulis ferreis cingat.	mit eisernen Reiffen umfasse.	Circulus ferreus, ein eiserner Ring.
* * *	* * *	
Ferrum manet *ferrum*, sive sit ignitum, sive aquâ mersum;	Eisen bleibt Eisen, es sey gleich glůhend / oder im Wasser abgelöscht;	Ignitus, a, um, glůhend.
ita & *Christianus*	also soll ein Christ	
Christianum se esse demonstret,	sich jederzeit als ein Christ erzeigen/	
& ejus *spes* in DEO	und seine Hoffnung auf GOTT	
tantò solidior surgat,	sich desto fester aufrichten/	
quantò ad *crucis* quidem *clibanum* ducitur,	je mehr er zum Creutz-Ofen geführt,	Clibanus, m. 2. Ofen / Distillir-Ofen.
attamen *solatio* refrigeratur.	aber doch mit Trost wieder abgekühlet wird.	Solatium, n. 2. der Trost.

LI. Cir-

LI.
Circinorum (Circulorum) Faber.
Der Zirckel-Schmidt.



Hæc *fabrica* patet *Medicis*, *Chirurgis*, & *Studiosis Mathematicarum Scientiarum.*	Diese Werckstatt stehet offen Doctorn, Wund-Aertzten, auch Studiosis Mathematischer Wissenschafften.
In usum primorum ibi parantur	Für die ersten werden allda verfertiget
Serræ tonsoriæ,	Kopff- und Bein-Sägen, 1
Terebræ chirurgicæ, vulnerariæ, trypanes, trypana,	Trepan- oder Kopff-Schrauben, 2
Cyathi,	Kugel-Auszieher, 3
Specilla vulneraria,	Wund-Eisen, 4

Serra tonsoria, Barbier-Säge. Kopf- und Bein-Säge.
Terebra chirurgica, vulneraria, trypane, f. 1. trypanum, n. 2. ein Trepan oder Kopf-Schraube.
Cyathus, m. 2. ein Chirurgisches Instrument / womit man etwas aus den Wunden zieht / ein Kugel-Auszieher.
Specillum vulnerarium, Wund-Eisen.

Modio-

Modioli,	Hirnschalen-Bohrer, Beinschrot-langende Instrumenten, 5	Modiolus, m. 2. ein Hirnschalen-Bohrer.
Odontagrae, Dentarpagae,	Pelicanen, Zangen zu den Zähnausbrechen, 6	Odontagra, f. 1. Dentarpaga, f. 1. Zahnbrecher-Zangen.
Cauteria,	Etz-Eisen, 7	Cauterium, n. 2. ein Etz-Eisen.
Catheteres,	Sunden, 8	Catheter, m. 3. Sunde. Instrument zu den Harn-Blasen.
Spatamelae, Spathae, Spatulae.	Spateln. 9	
Mathematici curant sibi parari	Meß-Lehr-Künstler sehen sich um nach	
Astrolabia,	Astrolabiis, 10	
Dioptras,	Quadranten, 11	Dioptra, f. 1. ein Quadrant.
Circinos, circulos proportionales,	Proportional-Zirckeln, 12	
Radios,	Maas-Stäben, 13	Radius, m. 2. ein Maas-Stab.
Antlias pnevmaticas, aliaque ad hanc scientiam requisita Instrumenta.	Lufft-Pumpen, 14 und anderen zu solcher Wissenschafft gehörigen Instrumenten.	Antlia pnevmatica, eine Lufft-Pumpe.
Hortulanus, qui horti sui curam habet,	Der Gärtner, welcher Sorge für seinen Garten trägt /	
& Arbores serere,	und Bäume pflantzen /	
Plantarium, Seminarium condere,	eine Baum-Schul anrichten /	Plantarium, Seminarium, n. 2. eine Baum-Schule.
Vitem colere,	des Weinstocks warten /	
aut arbores inserere,	oder peltzen /	
& inoculare cupit, necesse habet	und äugeln will / hat vonnöthen	
Cultro putatorio,	das Beschneid-Messer, 15	Culter putatorius, Beschneid-Messer.
Serra insitoria	die Peltz-Säge, 16	Serra insitoria, eine Peltz-Säge.
& *Falce vinitoria, vineatica*,	und die Wein-Heppe. 17	Falx vinitorio, vineatica, Wein-Heppe.

Quot *Artifices* & *Opifices* utuntur iis, quæ à *Circinorum fabris* fabricantur?	Wie viel Künstler und Handwercker gebrauchen / was die Zirckel-Schmiede machen?	
Artificiosus *Aurifaber* conducit varia *Instrumenta*;	Der künstliche Gold-schmied bestellet allerhand Werckzeuge;	
Oculos arte sua pascens *Cælator*	Der mit seiner Kunst die Augen belustigende Kupfferstecher	
Scalpros excisorios & *Cæla*;	Grab-Eisen und Grab-Sticheln;	Cælum, n. 2. Grab-Eisen / Grab-Stichel.
Multis inserviens *Typographus*	Der vielen nutzende Buchdrucker	
Cochleas ad *Prela*.	Schrauben zu den Drucker-Pressen.	
Ut taceam *Forcipes* & *Incudes*,	Daß ich geschweige der Zangen und Ambose, 18	Forceps, f. 3. eine Zange.
Tornorum varia genera,	vielerley Meisseln, 19	
Formas globorum,	Kugel-Mödeln, 20	Forma globorum, ein Kugel-Model.
Formas monetarias,	Müntz-Stempffeln, 21	Forma monetaria, Müntz-Stempffel.
Organa torevtica,	Dreh-Gezeuge, 22	Organum torevticum, ein Dreh-Zeug.
Ferramenta cavatoria.	Stemm-Eisen. 23	Ferramentum cavatorium, ein Stemm-Eisen.
Cui non placent in re familiari	Wem gefallen nicht in einem Haußhalten	
Lychnuchi,	die Wachs-Stöcke, 24	
Candelabra,	Leuchter, 25	
Emunctoria,	Lichtschneutzen, oder Butzschern, 26	

Pruni-

Prunicipes, *Pyragræ*,	Feuer-Zangen, 27	Pruniceps, f. 3. Pyragra, f. 1. eine Feuer-Zange.
Creagræ, *Fuscinulæ*,	Fleisch-Gabeln, 28	Creagra, f. 1. Fuscinula, f. 1. eine Fleisch-Gabel.
Craticulæ, *Crates ferreæ*,	Röste, 29	Craticula, f. 1. Crates ferrea, ein Rost.
Foculi, aliaque plura?	Kohl-Pfannen, 30 und anders mehr?	Foculus, m. 2. eine Kohl- oder Glut-Pfanne.
* * *	* * *	
Circinus, cœptum suum *circulum* non nisi *continuando* ac *circumeundo* perficit;	Der Zirckel macht seine angefangene Rundung nicht aus / als durch anhalten und herumgehen:	
ita nunquam verè præditus eris *Virtute*, si deflectis à bono, nec *quotidiè progrederis* in *Christianismo* tuo,	also wirst du nie recht tugendhafft, wo du vom Guten ablässest / und nicht täglich einen Schritt weiter in deinem Christenthum thust,	
perficiens sanctificationem in timore DEI, 2. Cor. VII. 1.	und fortfährest mit der Heiligung in der Furcht GOttes. 2. Cor. VII. 1.	
Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Matth. X. 22.	Wer beharret biß ans Ende, der wird seelig. Matth. X. 22.	

LII.
Terebrarum Faber. Der Neber-Schmidt.



Varia sunt *terebrarum* genera; aut est inter illas *Terebra majorum siphonum*, quâ vinum elutriatur, in alia vasa transfunditur,	Der Neber oder Bohrer sind unterschiedlicher Arten; entweder ist unter solchen ein Ablaß-Bohrer oder Schlauch-Neber, 1 vermittelst dessen der Wein abgezogen wird/	Terebra, f. 1. ein Neber oder Bohrer.
vel *Terebella siphuncularis*,	oder ein Zapffen-Neber, (Zwickel-Bohrer,) 2	
Terebra foraminis operculorum,	Anstech-Neber, Spund-Bohrer, 3	
Terebra tibialis,	Pfeiffen-Neber, 4	
Terebra imbricata,	Wendel-Bohrer, 5	
Terebra loris vincta,	Leder-Bohrer, Band-Neber, 6	
longæ *Terebræ aquilegibus* inservientes,	lange Neber für die Röhrenmeister, 7	Terebellum, n. 2. kleiner Bohrer. Neberlein.
Cochleata Terebra,	Schraub-Bohrer, 8	
Terebella,	Neberlein. 9	

Dili-

Latin	Deutsch	
Diligentiâ hujus *fabri*	Durch den Fleiß dieses Schmidts	
comparantur etiam	bekommt man auch	
Scalpra recta, *Scalpra incurva*,	Schnitt-Messer, 10	Scalprum rectum, Scalprum incurvum, ein Schnitt-Messer.
Forfices ad purgandas arbores, *amputandas*,	Raup-Scheeren, 11	Forfex ad arbores purgandas, amputandas, eine Raup-Scheer.
Serræ dentatæ ad molas ferrarias	Schrot-Sägen zu den Säg-Mühlen / 12	Serra dentata, eine Schrot-Säge. Mola ferraria, eine Säg-Mühle.
& *Lupi*, *Serrulæ manubriatæ*.	und Hand-Sägen. 13	Lupus, m. 2. Serrula manubriata, eine Hand-Säge.
Ut paucis verbis dicam:	Kurtz zu sagen:	
Statuariis,	Bildhauer,	
Arcularijs,	Schreiner,	
Tornatoribus,	Drechsler,	
Carpentariis vel *Plaustrariis*,	Wagner,	
Architectis,	Bauleute,	
ex hac (officina) opificina	müssen aus dieser Werckstatt	
petenda sunt eorum organa, instrumenta.	ihre Werckzeuge holen.	

* * *

Latin	Deutsch	
Fuge *omnem occasionem*,	Meide alle Gelegenheit,	
ad *peccatum* incitantem,	welche zur Sünde verleitet /	
similis enim est *terebello*,	denn sie ist wie der Bohrer,	
quod *clavo* infigendo *viam* sternit.	der dem Nagel, den man einschlagen will / den Weg bahnet.	
Multi non in *peccatum* incidissent,	Viele wären nicht in Sünde gefallen /	
nisi *occasio* fuisset causa,	wo nicht die Gelegenheit Ursach gewesen /	
ut *vitia* paulatim sese intra animum delinquentis insinuassent.	daß die Laster nach und nach in das Gemüt des Sünders eingeschlichen.	Delinquens, o. 3. ein Sünder.

LIII.

Limarum Confector. Der Feilenhauer.



Ut multi Artifices & Mechanici *terebris* opus habent:	Wie die Neber vielen Künstlern und Handwercks-Leuten nöthig sind:	Mechanicus, m. 2. ein Handwercksmann.
ita & *Limis*, quæ dispescuntur	also auch die Feilen, 1 welche abgetheilt werden	Lima, f. 1. die Feile.
in rotundas, semirotundas *Planulas*, triangulas, quadrangulas, vel quadrangulares	in runde/ halb runde Glatt-Feilen, drey-eckichte/ viereckichte	Lima planula, eine Glatt-Feile.
& *Secantes*.	und so genannte Messer-Feilen.	Lima secans, eine Messer-Feile.
Quò verò *Lima* omnia *Metalla*, *Chalybem* quoque durissimum, domet;	Damit aber die Feile alle Metalle, auch den härtesten Stahl angreiffe;	

ea

ea candens	wird selbige glühend	
sale & *ungulis* inspergitur,	mit Saltz und Klauen bestreuet / 2	Ungula, f. 1. Klaue von Thieren.
igni denuo imponitur,	wieder in das Feuer gelegt / 3	
aquæ ferrariæ immergitur,	im Lesch-Wasser abgelöscht / 4	Aqua ferraria, Lesch-Wasser.
atque ita duratur. (solidatur.)	und also gehärtet.	
Scobina ad multas res utilis est.	Die Raspel hat in vielen Sachen ihren Nutzen.	Scobina, f. 1. die Raspel.
* * *	* * *	
Quemadmodum *durata Lima*,	Wie die gehärtete Feile,	
quæcunque tangit, *nitida* reddit:	was sie anrühret / glänzend macht:	
ita necesse est, ut ille, qui alios *docere* aut *corrigere* vult,	so muß der / welcher andere lehren oder bessern will,	
ipse *virtute* consolidatus,	selbst in der Tugend gehärtet /	
limato *judicio*,	mit gutem Verstand	
& limatis *moribus*, præditus sit;	und feinen Sitten begabt seyn;	Mores, pl. die Sitten.
aliàs plus *perdet*,	sonst wird er vielmehr verderben,	
quàm *emendabit*.	als verbessern.	

LIV.

Cultrarius Faber. Der Meſſer-Schmidt.



Cui deſunt *cultri*,
hic emere poteſt varia cultrorum genera:
Cultros menſarios,
Cultros coquinarios,
Falculas,
Cultros in manubrium reductiles,
Clunabula ſeu Clunacula,
Majores cultros, quibus ſectores menſarii, eſcariæ ſecturæ ad menſam præfecti utuntur,
Pedatos ſutorum Cultros,

Wer Meſſer vonnöthen hat/
kan hie kauffen allerhand Meſſer:
Tiſch-Meſſer, 1
Kuchen-Meſſer, 2
Garten-Meſſer, oder Beſchneid-Meſſer, 3
Taſchen-Meſſer, 4
Stech- oder Schlacht-Meſſer, 5
Tranchier-Meſſer, 6 deren ſich die Vorſchneider bedienen/
Schuſters-Schneid-Meſſer, 7

Culter, m. 2. menſarius, ein Tiſch-Meſſer.
Culter coquinarius, Kuchen-Meſſer.
Falcula, f. 1. Garten-Meſſer.
Culter in manubrium reductilis, ein Taſchen-Meſſer.
Clunabulum, Clunaculum, n. 2. ein Schlacht- oder Stech-Meſſer.
Sector menſarius. Eſcariæ ſecturæ ad menſam præfectus, ein Vorſchneider. Tranchirer.
Pedatus ſutorum culter, Schuſters-Schneid-Meſſer.

Cultel-

Cultellos,	kleine Kinder-Messer, 8	
Cultros incisorios seu *minutales*.	und Hack-Messer, 9	Culter incisorius, minutalis, ein Hack-Messer.
Manubria cultris apponuntur, aptantur, ut fabro lubet, pro lubitu fabri,	Heffte 10 werden an die Messer gemacht/ wie es dem Meister beliebet/	Manubrium, n. 2. ein Messer-Hefft.
& consistunt ea vel ex *Hebeno* & *Brasiliano ligno*,	und sind solche entweder aus Eben- und Brasilien-Holtz/	Lignum hebenum & Brasilianum, Eben- und Brasilien-Holtz.
vel ex *Achate*, *Succino*, *Cornu Cervi* & *Ebore*, aut ex *Argento*, *Orichalco* & *Stanno*.	oder aus Achat, Agtstein, Hirsch-Geweih und Elfenbein, oder aus Silber, Meßing und Zinn.	Cornu Cervi, Hirsch-Geweih.
Cultri mittuntur ad *Polionem*, qui eos polit, polité limat & politura ad nitorem refricat.	Dem Polirer 11 werden die Messer zugeschickt/ welcher solche polirt/ nett feilet und blanck macht.	Polio, & Politor, m. 3. ein Polirer.

* * *

Virtutis Doctrinæ cultro *similes* sunt,	Die Tugend-Lehren sind wie ein Messer,	
nitent *sapientia* & dissecant *vincula*,	blincken von Weißheit, und zerschneiden die Bande,	
quæ cor *lubricis cupiditatibus* alligant,	welche das Hertz an die betrügliche Begierden heften,	Lubricus, a, um, schlüpfferig/ glatt/ betrüglich.
ut *sursum tendat*,	daß es sich empor schwinge,	
& *Vale* mundo *dicat*.	und der Welt gute Nacht gebe.	

LV.

Faber Subularius. Der Ahlen=Schmidt.



Latin	Deutsch	
Faber subularius;	Der Ahlen=Schmidt, 1	Subula, f. 1. die Ahle.
qui *Subulas*	welcher die Ahlen	
ex optimo purissimoque *chalybe*,	aus dem besten und feinesten Stahl,	Chalybs, m. 3. der Stahl.
partim *rotundas*, partim *quadratas*	theils rund, theils viereckicht	Rotundus, a, um, rund. Quadratus, a, um, viereckicht.
fabricat,	schmiedet/	
mittit eas ad *pistrinum aquarium*,	schicket solche auf die Schleif=Mühl, 2	Pistrinum, n. 2. aquarium ad acuendum, eine Schleif=Mühl.
ubi subulæ acuuntur & indurantur,	allwo sie geschliffen und gehärtet/	
deinde verò planè elaborantur.	hernach aber völlig ausgemacht werden.	
Hæ *Subulæ* adeò sunt variæ,	Diese Ahlen sind demnach unterschiedlich/	
nempe *Subulæ ephippiariorum*,	nemlich Sattler=Eisen, 3	

Subulæ bibliopegorum,	Buchbinder-Ahlen, 4	
Subulæ sutoriæ,	Schuster-Ahlen, 5	
& dicuntur maximæ	und nennet man die grösten	
Terebræ,	Bohrer,	Terebra, f. 1. ein Bohrer.
quia ponticuli calceis substrati iis perforantur,	weil die Absätze der Schuhe damit durchbohret/	Ponticulus calceo substratus, ein Absatz.
& tunc claviculi lignei infiguntur.	und so dann die höltzerne Zwecklein eingeschlagen werden	Claviculus, m. 2. ligneus, ein höltzernes Zwecklein.
Gallicæ & duabus cuspidibus instructæ *Subulæ* in Germania non usurpantur.	Die Frantzösisch- und zwey spitzigen Ahlen werden in Teutschland nicht gebraucht.	Cuspis, f. 3. eine Spitze.
Non solùm *Judæi,* sed & *Gentiles,* *servis* suis, in signum *mancipatûs,* *aures* subulâ *perforarunt.*	Nicht allein die Juden, sondern auch die Heiden, haben ihren Knechten, zum Zeichen der Leibeigenschafft, die Ohren mit einer Ahle durchbohret.	Mancipatus, m. 4. Leibeigenschafft. Auris, f. 3. das Ohr.
* * *	* * *	
Latinum Proverbium:	Das Lateinische Sprichwort:	
Subulâ Leonem excipere,	Den Löwen mit einer Ahlen aufhalten,	
reprehendit eorum *imprudentiam,*	verweißt denjenigen ihre Unbesonnenheit,	Imprudentia, f. 1. Unbesonnenheit.
qui *periculosas res*	welche gefährliche Sachen	Periculosus, a, um, gefährlich.
leviter aggrediuntur.	nicht recht angreiffen.	Leviter, leichtsinnig/ nicht recht.

LVI.
Acicularius Faber. Der Nadler.



Nulla ferè domus *acubus* carere potest,	Fast kein Hauß kan der Nadeln entbehren/	
inde fabrefacit *acicularius* varias *acus* & *aciculas*:	daher macht der Nadler allerhand Nadeln und Nädelein:	Acicula, f. 1. eine kleine Nadel.
Bacillos, *acus pictorias*, *Assyrias*, *Babylonicas*, *Semiramias* pro fœminis,	Stick- und Strick-Nadeln für das Frauenzimmer/ 1	Bacillus, m. 2. Bacillum, n. 2. eine Strick-Nadel. Acus pictoria, Assyria, Babylonica, Semiramia, eine Stick-Nadel.
quibus etiam *acupictores* utuntur;	deren sich auch die Sticker bedienen;	
Acus chirurgicas, quæ ad vulnerum suturas adhibentur;	Barbierer-Nadeln, 2 welche man bey Wund Häfftungen gebraucht;	Acupictor, m. 3. ein Sticker. Acus chirurgica, eine Häfft-Nadel.
Acus pellionibus & sutoribus inservientes,	Nadeln für Kirschner und Schuster, 3	Sutura, f. 1. eine Häfftung.
Acus compactorias,	Buchbinder-Nadeln, 4	Acus compactoria, Buchbinder-Nadel.
Acus adstrictorias,	Pack-Nadeln, 5	

quibus

Latin	German	Notes
quibus segestria cannabina, involucra cannabina consuuntur.	womit die Plahen (Pack-Tücher) zusammen genehet werden.	Segestre cannabinum. Involucrum cannabinum, Plahen/ Pack-Tuch.
Ea laudatur *acus*,	Diejenige Nadel wird gelobt/	
quæ è *duro filo ferreo* paratur,	welche aus gutem Drat geschnitten/ 6	
sedulo *acuitur*,	fleißig geschliffen, 7	
atque tali *foramine* instruitur,	und mit solchem Nadel-Oehr versehen wird/	Foramen, n. 3. acus, ein Nadel-Oehr.
ut filum *facilè* in acum immittatur, acui filum trajiciatur, inseratur,	daß man leicht einfädele/	
& *aculeus* leniter penetret.	und die Spitze bald durchgehe.	Aculeus acûs, die Nadel-Spitze.
* * *	* * *	
Divitiæ facilè *sauciant* possessoris *conscientiam*,	Der Reichthum verwundet leicht seinen Besitzer im Gewissen,	
quemadmodum *acus* improvidas manus.	wie die Nadel unfürsichtige Hände.	
O si omnes *sordidè avari*,	O daß alle garstige Geizige,	Sordide avarus, ein geitziger Filtz.
qui *cor* erga *egenos* cum *pecunia* in *arcam* concludunt,	welche ihr Hertz gegen die Armen mit dem Geld in die Kiste versperren/	
considerarent verba CHRISTI:	bedächten/ was CHRISTUS sagt:	
Facilius est, camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum DEI introire. Matth. XIX. 24.	Es ist leichter, daß ein Camel durch ein Nadel-Oehr gehe, denn daß ein Reicher ins Reich GOttes komme. Matth. XIX. 24.	

LVII.
Acicularum & Fibularum Confector.
Der Steck-Nadel- und Hefftlein-Macher.



Filo ferreo vel æneo ad varia *acicularum*, *cuspidularum*, *nodatarum* &c. genera parato,	Wann der Drat zu unterschiedlichen Arten der Steck-Nadeln, Spän-Nadeln, Kluffen, zubereitet worden/	Acicula, f. 1. Spinula, Cuspidula nodata, seu capitata, eine Steck-Nadel. Häfftlein. Spän-Nadel.
Illud *scalpro rasorio*, raditur & lævigatur,	wird selbiger mit dem Schab-Messer geschabt/ und eben gemacht/ 1	Scalprum rasorium, ein Schab-Messer.
forfice informatur,	mit der Scheer zugeschnitten/ 2	
rotâ acuitur, nodatur,	durchs Rad gespitzt/ 3 geknöpfft/	
in incude malleo & pilo tunditur,	auf dem Amboß mit dem Hammer und Stempel gestampft/	Pilum, n. 2. der Stämpel.
quo facto, confectæ hoc modo *Spinulæ*	worauf die auf solche Weise verfertigte Häfftlein	Spinula, f. 1. ein Häfftlein.

proluun-

proluuntur, siccantur,	gewaschen / getrocknet / 4	
sacco inditæ repurgantur,	in einem Sack gescheuret / 5	
& tandem *chartis* infiguntur.	und endlich in die Papiere gesteckt 6 werden.	
Spectatæ *fœminæ* & *netrices*,	Fürnehmes Frauenzimmer und Nähterinnen,	Spectatus, a, um, Ansehnlich/fürnehm.
quæ has semper ad manus habent,	welche solche immer bey der Hand haben /	Netrix, f. 3. eine Nähterin.
infigunt eas *aciculariis pulvinis* suis, vel, in *acicularios pulvinos*,	stecken sie in ihre Nadel-Küßlein. 7	Acicularius pulvinus, ein Nadel-Küßlein.
Fibularum confectores conficiunt etiam ex *orichalco* & *ferro hamulos* & *uncinulos*.	Die Häfftleinmacher verfertigen auch aus Meßing und Eisen Häckelein und Schleiflein. 8	Hamulus, m. 2. ein Häckelein. Uncinulus, m. 2. ein Schleiflein.
* * *	* * *	
Cuspidularum capitatarum proprietas est copulare & connectere:	Der Steck-Nadeln Eigenschafft ist zusammen fügen und zusammen hefften:	
Turbatorum contra amicitias dissolvere & discerpere.	Derer Friedens-Störer hingegen Freundschafften zu zertrennen und zu zerreissen.	Turbator, m. 3. ein Friedens-Störer.
Sicut igitur nihil est pretiosius DEO virtute *Dilectionis*;	Wie nun GOTT nichts liebers ist / als die Tugend der Liebe;	
ita nihil est desiderabilius *Diabolo*, *extinctione charitatis*.	also verlangt der Satan nichts mehr / als die Vertilgung der Liebe.	

LVIII.
Faber Ferrarius.
Der Huf- und Waffen-Schmidt.



Hic fabrefacit ex acceptis, à *Sectura ferraria*	Dieser macht aus denen / von der Eisen-Schmitte oder Eisen-Hammer
longuriis (asseribus) ferreis	empfangenen Stangen
res varias:	allerhand Sachen:
Cuspides, Spicula,	Spieß-Eisen, 1
Bipennes, secures Romanas, Amazonias,	Helleparten, 2
Hastas velitares,	Partisanen, 3
Venabula,	Schwein-Spiesse, 4
Jacula,	Wurff-Spiesse, 5
Ascias,	Beile, 6
Secures.	Aexte. 7

Sectura ferraria, Eisen-Hammer / Eisen-Schmitte.
Longurius ferreus, Asser ferreus, eine Eisen-Stange.
Cuspis, f. 3. Spiculum, n. 2. Spieß-Eisen.
Bipennis, f. 3. Securis Romana, Amazonia, eine Helleparte.
Hasta velitaris, eine Partisane.
Venabulum, n. 2. ein Schwein-Spieß.
Ascia, f. 1. ein Beil.
Securis, f. 3. eine Axt.

Ab

Ab illis, qui equos tractant,	Von denen / die mit Pferden umgehen /	
Faber peritus laude celebrandus est,	muß ein guter Schmid gelobt werden /	
quippe qui non solùm *equum* bene *calcat*,	als welcher nicht allein	
equo *soleas ferreas* affigit, *calceos ferreos* equi *ungulis* inducit, induit equum *soleis ferreis*,	das Pferd wohl beschlägt, 8	Solea ferrea, Calceus equi ferreus, das Huf-Eisen.
& cum soleæ equi labant, vacillant,	und wann die Huf-Eisen wackeln /	
curat, ne dum illæ denuo aptantur,	zusiehet / daß / indem man sie wieder aufnagelt /	
clavo equi pes exulceretur,	das Pferd nicht vernagelt /	
Duriora coria præparat, præsertim ad soleas suppingendas calceis.	Das Pfund=Leder verfertiget er fürnemlich / Schuh=Solen damit zu unterlegen.	Corium durius, Pfund=Leder.
Corio camelino utuntur Bibliopegi.	Zapffen=Leder brauchen die Buchbinder.	Corium camelinum, Zapffen=Leder.
Perfectum *corium* vendit plerunque *coriario propolæ*,	Das verfertigte Leder verkaufft er meistentheils dem Leder=Händler, 7	Coriarius propola, ein Leder=Händler.
qui negotiationem coriariam exercet. (tractat.)	welcher den Leder=Handel treibt.	Negotiatio coriaria, Leder=Handel.

* * *

Quò *durius* tractatur corium,	Je härter das Leder tractirt wird /
eò *perfectius* evadit:	desto besser wird es:
ita etiam comparata est *carnis* nostræ *natura*:	also ist es auch mit unserm Fleisch beschaffen:
si illi nimium *indulgeas*, *corrumpitur*,	verzärtelst du solches / so verdirbt es;
tractes verò eam *rigidè*,	hältst du es aber hart,
ita ut *voluntatem minus justam* frangas,	so daß du den bösen Willen brichst /
& *lubricas cupiditates* pessundes,	und die schändliche Lüste unterdruckest /
novus prodit *homo*,	so kommt der neue Mensch hervor /
DEO *placens*.	der GOTT gefällt.

LXXVI.

LXXVI.

Membranarius. Der Pergamenter.



Exemtæ à psilothro *exuviæ* *unguntur*, in magnis marginibus *distenduntur*, *siccantur*, ferro rasorio *depurgantur*, creta *consperguntur*, & pumice *defricantur*; deinde *rubro*, *viridi*, *flavo* vel alio colore *inficiuntur*.

E *pergamena*, *membrana* conficiuntur *umbracula*, *palimpsesti*, *pugillares*, *tabellæ*, *codicilli*,

Die aus der Beitze genommene Häute 1 werden geschmieret, 2 in grosse hölzerne Rahmen gespannt, 3 getrocknet, 4 mit dem Schab-Eisen abgeschabt, 5 mit Kreiden eingestaubt, 6 und mit Bimsen-Stein abgerieben; 7 hernach roth, grün, gelb oder auf andere Weise gefärbt. 8

Aus Pergament werden gemacht Licht-Schirme, 9 Rechen-Häute, 10 Schreib-Tafeln, 11

Margo, c. 3. Rand-Rahm.

Pumex, c. 3. Bimsen-Stein.

Pergamena, f. 1. Membrana, f. 1. Pergament.

Palimpsestus, m. 2. Rechen-Haut.

Pugillares, m. pl. Tabellæ, pl. Codicilli, m. pl. Schreib-Täfelein.

Batilla

Batilla lusoria, ad *scrupos pinnatos, ultro citroque missiles*	Ballet=Brete, 12 zu Ballet= oder Feder=Kügelein. 13	Batillum lusorium, Ballet=Bret. Scrupus pinnatus, ultro citroque missilis, Feder=Kügelein.
Pergamena adhibetur,	Pergament wird gebraucht/	Codicilli, Instrumentum nobilitatis, ein Wappen=Brief.
si *Instrumenta* (*Codicilli*) *Nobilitatis*,	wann Wappen=Briefe,	Instrumentum feudi, ein Leben=Brief.
Feudorum & *Privilegiorum*,	Leben= und Freyheits=Briefe,	Instrumentum emptionis, ein Kauf=Brief.
Instrumenta etiam *Emtionis*, & *Diplomata Natalitia*.	auch Kauf= und Geburts=Briefe,	Diploma natalitium, Geburts=Brief.
vel *Tabulæ Nuptiales* distribuuntur.	oder Heyraths=Briefe ertheilet werden.	Tabula nuptialis, Heyraths=Brief.
Membranam requirit artificiosa *pictorum* manus,	Pergament erfordert die künstliche Hand der Mahler,	Pictura miniata, *Miniatur*.
præsertim ad *picturam miniatam*.	fürnemlich zur Miniatur.	
Tympana pergamenâ non obducta,	Trommeln, 15 so nicht mit Pergament überzogen sind/	
essent ut *corpus* animæ *expers*.	wären wie ein Leib ohne Seele.	
* * *	* * *	
Fac, ut *cor* tuum sit *pergamena*,	Laß dein Hertz seyn ein Pergament,	
in quam *Divina Sapientia* præcepta sua scribat;	worauf die Göttliche Weißheit ihre Gebote schreibe;	
non *palimpsestus*, qui magnum *peccatorum numerum* exhibeat;	nicht eine Rechenhaut, welche eine grosse Sünden=Summa zeige;	
neque *lingua* tua *calumniæ tympanum* esto,	laß auch deine Zunge keine Verleumdungs=Trommel seyn/	
quo proximi *defectus* (*errores*) divulgantur.	wodurch des Nechsten Fehler überall bekandt gemacht werden.	

LXXVII.

Cerdo alutarius. Der Weiß- und Sämisch-Gerber.



Cerdo alutarius itidem parat *exuvias* animalium tam ferinorum quàm domesticorum: exemtæ hæ è *psilothro*, *aqua* & *tinctura*,

Der Weißgerber 1 bereit ebenmäßig die Felle sowol wilder als einheimischer Thiere: wann diese aus der Beitze, dem Wasser und der Farbe gekommen/

Ferinus, a, um, wild. Domesticus, a, um, einheimisch.

iterum *lixivio* lavantur, *extorquentur*, (*exprimuntur*) *suspenduntur* & *siccantur*.

werden sie noch einmal mit Lauge 2 gewaschen/ ausgewunden, 3 aufgehänget und getrocknet. 4

Lixivia, f. 1. Lixivium, n. 2. die Lauge.

Corium crispatum (*aluta crispata*) sæpius *pinguedine balenarum* ungitur,

Das gelbe oder Sämische Leder wird zum öfftern mit Fisch-Schmaltz oder Thran geschmieret/ 5

Pinguedo balenarum, Fisch-Schmaltz/ Thran.

mollius

mollius (*mollior*) verò *farinâ*, *alumine* & *tartaro* inculcatur.	das weiſſe aber mit Mehl, Alaun und Weinſtein eingetretten. 6	
Ex *alutâ* variæ conficiuntur veſtes,	Aus dem Leder macht man allerhand Kleider /	
Colobia, *Bubalini thoraces*, *Scortea*,	Goller, (Koller) 7	Colobium, n. 2. Bubalinus thorax. Scorteum, n. 2. ein Goller.
Femoralia & *Tibialia*,	Hoſen und Strümpfe, 8	Femoralia, alium, pl. Hoſen.
item *obſtragulum*, n. 2.	deßgleichen Ubergeſchühe der Schuhe.	Tibialia, ium, pl. Strümpffe.
Reſectæ particulæ glutini conficiendo *adhibentur*.	Die abgeſchnittene Stücklein werden zum Leim-Machen 9 gebraucht.	Reſectus, a, um, abgeſchnitten.

* * *

Inſanæ juventutis *voluptates glutinis* inſtar ſe habent,	Die thörichten Lüſte der Jugend ſind ein Leim,
quo *mentis alæ* oblinuntur,	wodurch die Flügeln des Gemüts verklebt werden /
ut ea ſe *ſurſum attollere*,	daß ſelbiges nicht empor kommen,
vel ad *ſapientiæ culmen* pervenire nequeat,	oder zur Weißheit gelangen kan /
atque ita *hæret* homo in *peccatis*,	und alſo bleibt der Menſch in Sünden,
aut demum in ſumma *penuria*.	oder zuletzt in äuſſerſter Armut.

O LXXVIII.

LXXVIII.

Subactor. Alutarius. Der Corduan-Macher.



Corii undulati, *Cordubensis* præparandi ratio	Das Corduan-Machen 1	Corium undulatum. Corium Cordubense, Corduan.
tandem etiam apud *Germanos* innotuit,	ist endlich auch bey den Teutschen bekannt worden/	
quod ex *corio* seu *pellibus hircinis* & *ovinis* conficitur.	welcher aus Bocks- und Schafs-Leder oder Fellen bereitet wird. 2	
Corio Cordubensi splendicante	Mit Glantz-Corduan werden	Corium Cordubense splendicans, Glantz-Corduan.
Sellæ, (*Sedilia*,) *Libri* aliæque res obducuntur.	Sessel, Bücher und andere Sachen überzogen.	
Ille, qui *Lugubria* induit,	Derjenige/ welcher in der Trauer gehet, (oder Leid trägt,) 3	Lugubria, n. pl. Leid- oder Trauer-Kleider.

utitur

Latin	Deutsch	
utitur *calceis*, & *thirothecis pullis*, ex *aspero corio* confectis.	bedienet sich der rauhen Corduan-Schuhe, 4 und Hand-Schuhe. 5	Calcei pulli, Klag- oder Trauer-Schuh.
Russicum bene olet, & rubrum colorem splendicantem refert.	Reußisch Leder riecht wol / und hat eine rothe Glantz-Farb.	
Turcis est corii genus, quod *Zapphiam* vocitant,	Die Türcken haben eine Art Leders, welches sie Saphian nennen /	Zapphia, f. 1. Saphian.
cœruleo, flavo, rubro & viridi colore,	von Himmel-blauer / gelber / rother und grüner Farbe /	
quod in *Poloniam* & *Bohemiam* quoque transfertur.	welches auch in Polen und Böhmen verführt wird.	

* * *

Latin	Deutsch	
Corpora *piorum* & *impiorum* morte putredini traduntur,	Die Leiber der Frommen und Bösen werden durch den Tod in die Verwesung gelegt /	Putredo, f. 3. Fäulung / Verwesung.
ut *pelles ovinæ* & *hircinæ*	wie die Schaf- und Bocks-Felle	
ab alutario psilothro:	von dem Corduanmacher in die Beitze:	
impari verò *modo* prodeunt:	aber sie kommen gar ungleich wieder hervor:	Impar, o. 3. ungleich.
Illi enim, ceu *oves*, perveniunt	Denn jene gelangen / als Schafe,	
ad *justorum* gregem;	zu der Heerde der Gerechten;	
hi autem, tanquam *hirci* (*hœdi*,)	diese werden / als Böcke,	
relegantur ad *damnatorum* tormenta.	zu der Quaal der Verdaminten verwiesen.	

LXXIX.

Ephippiarius.



Der Sattler.

Ephippiarii labor	Des Sattlers 1 Arbeit	
tam *belli* quàm *pacis tempore* desideratur.	bedarf man sowol in Kriegs- als Friedens-Zeit.	
Hic facit	Dieser macht	
Ephippia, seu *Sellas equorum*,	Sättel, 2	Ephippium, n. 2. Sella equestris. Sella equorum, ein Sattel.
cum *nodo*, (*apice*)	mit dem vördern Sattel-Bug, Sattel-Knopf, 3	Nodus, m. 2. Apex, m. 3. der Sattel-Knopf / der vördere Sattel-Bug.
& *fulcro ephippii*, (*dorsuario*)	und hinterm Sattel-Bug; 4	Fulcrum ephippii, Dorsuarium, der hintere Sattel-Bug.
Thecas scloparias,	Pistol-Hulfftern, 5	Theca scloparia, eine Pistol-Hulffter.
Sellas fœminarum,	Frauen-Sättel,	
cum arcuato dorsuario,	mit einem runden Bogen / 6	
Clitellas,	Saum-Sättel, 7	Clitellæ, f. pl. Saum-Sattel.
Loramenta,	Joch-Riemen, 8	Loramentum, n. 2. Joch-Riemen.
Antilenas & *Postilenas*,	Brust- und Schwantz-Riemen, 9	Antilena, f. 1. Postilena, Brust-Riemen / Schwantz-Riemen.
Hipperas,	Sattel-Taschen, 10	Hippopera, f. 1. Sattel-Tasche.
Vidulos.	Felleisen. 11	Vidulus, m. 2. Felleisen.
Helcia	Die Kummete 12	Helcium, n. 2. das Kummet.

tomices, seu pulvilli,	werden mit Pölster-lein /	Tomex, f. 3. Hals-Pölsterlein der Zug-Thiere. it. ein Hanf-oder Stroh-Seil.
lanâ pilisque farti,	die mit Wollen und Haaren gefüllt/ (ausgestopfft)	
subduntur,	gefüttert sind/	
muniendis *jumentorum* collis.	der Zug-Thiere Hälse zu verwahren.	
Vasa viatoria lagenis condendis apta,	Die Flaschen-Futter 13	
quæ etiam parat,	welche er auch macht/	
tam iter facientibus, quam animi gratia deambulantibus commoda sunt.	sind sowol Reisenden als Spatziern-Fahrenden bequem.	
Ejusdem porro est	Seine Verrichtung ist ferner	
Rhedas, Pilenta,	Kutschen, 14	Rheda, f. 1. Pilenum, n. 2. eine Kutsche.
Esseda,	Chaisen, 15	
& *Lecticas,*	und Senfften, 16	
corio,	mit Leder,	
panno,	Tuch,	
vel *holoserico*	oder Sammet	
obducere.	zu überziehen.	

* * *	* * *	
Equus	Das Pferd	
est patiens *ephippii*,	nimmt den Sattel willig an/	
in *stadio* cursurus:	welches auf der Renn-Bahn lauffen soll:	Stadium, n. 2. Renn-Bahn.
cur verò tu *impatiens* es	warum wegerst du dich dann/	
levis oneris,	eine kleine Last zu tragen/	
quod imponit tibi DEUS tuus,	die dir dein GOTT auflegt/	
qui	welcher	
Moderator tuus	dein Regierer	Moderator, m. 3. Regierer.
dicitur,	ist/	
viamque dirigit	und dessen Weg	
ad *coronam gloriæ?*	zur Krone der Ehren gehet?	

LXXX.

Marſupiarius. Saccularius.

Der Taſchner. Säckler.



Apud hunc quærit mercator *Peram litterariam*;
tonſor *Thecam tonſoriam*;
& miles *Thecam bombardariam*.
Iter initurus procurat ſibi *Vidulum*,
vel *Sacciperium*,
Aſcoperam,
Ciſtam,
aut *Riſcum*, *Capſam cameratam*, *coriô tectam*.

Bey dieſem holt der Kauffmann die Brief-Taſche; 1
der Barbierer die Barbier-Taſche; 2
und der Soldat die Patron-Taſche. 3
Wer reiſen will, verſiehet ſich mit einem Felleiſen, 4
oder Rantzen, 5
Reiß-Sack, 6
Coffre, 7
oder Reiß-Kaſten, Reiß-Truhen. 8

Pera litteraria, eine Brief-Taſche.
Theca tonſoria, Barbier-Taſche.
Theca bombardaria, Patron-Taſche.
Vidulus, m. 2. Vidulum, n. 2. ein Felleiſen.
Sacciperium, n. 2. eine Rantze.
Aſcopera, f. 1. ein Reiß-Sack.
Ciſta, f. 1. ein Coffre.
Riſcus, m. 2. ein Reiß-Kaſten.

Caſtra

Castra sequentes emunt à Sacculario	Die zu Felde ziehende kauffen von dem Taschner	Capsa camerata coriô tecta, eine Reiß-Truhe.
Lectos lareos, lorarios castrenses,	Feld-Bette, 9	Lectus lorarius, castrensis, ein Feld-Bett.
& *Sedilia.*	und Stühle. 10	
Hic circumsuit varias *Sellas* corio, panno, vel holoserico:	Dieser überziehet allerhand Sesseln, mit Leder / Tuch / oder Sammet:	
Sellas dorsuarias & *brachiatas,*	Sessel mit Lehnen auf dem Rucken und an den Seiten, 11	Sella dorsuaria & brachiata, ein Sessel mit Lehnen auf dem Rucken und an den Seiten.
Sellas gestatorias,	Trag-Sesseln, 12	Sella gestatoria, Trag-Sessel.
Sellas arcuatas,	Bogen-Sesseln, 13	Sella arcuata, Bogen-Sessel.
Sellas reclinatorias,	Lehn-Sesseln, 14	Sella reclinatoria, Lehn-Sessel.
& *Sellas plicatiles.*	und Sesseln, die sich lassen zusammen legen. 15	Sella plicatilis, Zusammleg-Sessel.
Capitio	Mit denen Käplein oder Mützen 16	Capitium, n. 2. ein Käplein / Mützen.
tegitur *caput.*	wird das Haupt bedeckt.	

* * *	* * *
In altis mundi *honorum sellis* frequenter sedet *indignum Vitiorum mancipium;* & *digna honore Virtus* postponitur.	Auf den hohen Ehren-Sesseln der Welt sitzt offt ein unwürdiger Sclav der Laster: und die Ehren-werthe Tugend wird hindan gestellt.

LXXXI.
Crumenarius. Marſupifex.
Der Beutler.



Marſupia, *Crumenæ* ſunt vel *rotundæ*, *oblongæ* vel *quadratæ*.	Die Beutel, Säckel 1 ſind entweder rund, ablang oder viereckicht. 2	Marſupium, n. 2. Crumena, f. 1. ein Beutel/ Säckel.
Marſupia manubriata varios habent *paſceolos*,	Die Stiel-Beutel 3 haben unterſchiedliche Fächer, 4	Marſupium manubriatum, ein Stiel-Beutel.
in quibus conditur pecunia.	in welchen das Geld verwahret wird.	Paſceolus, m. 2. ein Beutel-Fach.
Manus præſervamus	Die Hände verwahren wir	
chirothecis,	mit den Handſchuhen, 5	
præſertim ad *iter* nos accingentes	ſonderlich bey Reiſen	
chirothecis viatoriis.	mit den Reit- oder Reiß-Handſchuhen. 6	Chirotheca viatoria, Reit- oder Reiß-Handſchuh.

Chiro-

Chirothecæ gossipinæ vel *pelliceæ*
hyberno tempore commodæ sunt.
Chirothecis acu *pictis*
delicatæ fœminæ oblectantur.
Chirothecas odoratas
aut ambaro imbutas, ut & muscatas,
mittit plerumque *Italia* in *Germaniam*.
Marsupifices solent etiam *Cassides* & *Galeas*
corio munire.

* * *

Noli superbire *bonis animi* tui,
quicunque sis:
Ingenium *Sapientis* similis est *crumenæ* pecunia *turgidæ*:
acutus (præceps) *morbus* verò
illud tam facilè *perforare* potest,
ut omnes *scientiæ* & *eruditionis thesauri* excidant,
& inter *doctum* & *indoctum* nulla differentia restet.

Handschuhe mit Baumwollen oder Beltz gefüttert/ 7
sind im Winter bequem.
An gestickten Handschuhen 8
hat das zärtliche Frauenzimmer eine Lust.
Wolriechende Handschuh,
oder mit Ambra perfumirte auch bisamirte Handschuh/
schickt meistentheils Italien in Teutschland.
Die Beutler pflegen auch die Sturm-Hauben und Casqueten 9
mit Leder auszufüttern.

* * *

Prange nicht mit deinen Gemüts-Gaben,
du seyst / wer du wollest:
Der Verstand eines Weisen ist wie ein voller Beutel:
eine geschwinde Kranckheit aber
kan selbigen leicht so durchlöchern,
daß alle Schätze der Wissenschafft und Gelehrsamkeit heraus fallen /
und zwischen einem Gelehrten und Ungelehrten kein Unterschied mehr ist.

Chirotheca gossipina, Baumwollene Handschuhe.
Chirotheca pellicea, Beltz-Handschuh.
Chirotheca acu picta, gestickter Handschuh
Chirotheca odorata, wolriechende Handschuh.
Chirotheca ambaro imbuta, mit Ambra perfumirte Handschuh.
Chirotheca muscata, bisamirte Handschuh.
Cassis, f. 3. Sturm-Haube.
Galea, f. 1. ein Casquet, Helm.

LXXXII.

LXXXII.

Ligularius. Der Nestler.



E parato & colorato *corio*	Aus dem verfertigten und gefärbten Leder 1	Coloratus, a, um, gefärbt.
à *Ligulario,*	werden von dem Nestler, 2	
Scalpello	mit dem Schnitt-Messer, 3	
longa & brevia, magna & parva *Lora scinduntur,*	lange und kurtze/ grosse und kleine Riemen geschnitten, 4	Lorum, n. 2. ein Riemen. Versicolor, c. vielfärbig.
ex his conficit omnis generis versicolores *Ligulas;*	aus diesem macht er allerhand bunte Nesteln; 5	Ligula, f. 1. eine Nestel. Ligula inermis, unbeschlagene Nestel.
inermes præmunit seu armat	die unbeschlagene beschlägt er	Ligulæ stilus, capitellum, spiculum, aculeus, ein Nestel-Steft.
stilis, capitellis, spiculis, aculeis:	mit Stefften: 6	

Hi è *bracteis* stanno incoctis, etiam orichalceis, interdum argenteis, aut inauratis,	Diese werden aus verzinntem auch meßingen/ bisweilen silbernem/ oder verguldtem Blech, 7	
forfice scinduntur.	mit der Scheere geschnitten. 8	
Ligulæ armatæ, spiculatæ, stilo instructæ plerumque sunt *rusticorum ornamenta*, quibus *lacernas, femoralia, tibialia* & *calceos* adstringunt, subligant.	Die mit Stefften beschlagene Nesteln sind meistens der Bauren Zierde, 9 womit sie Röcke, Hosen, Strümpfe und Schuhe binden.	Ligula armata, spiculata, stilo instructa, eine beschlagene Nestel. Lacerna, f. 1. Bauren-Rock/ Joppe. Femoralia, n. 3. Hosen.

* * *

Ligula coriacea arctius & *diutius* tenet quam *lemniscus sericus*:	Eine lederne Nestel hält stärcker und länger als ein seidenes Band:
& *exiguus amicus* frequenter *jus officiumque amicitiæ melius* præstat,	und ein geringer Freund hält offt bessere Freundschafft
quam *dives*, qui, *rebus adversis, amicitiæ* vincula laxat,	als ein reicher, welcher/ zur Zeit der Trübsal, die Freundschafft bricht,
atque ostendit, se *magni pecuniam, parvi cor fidum* facere.	und zeigt/ daß er viel auf Geld, wenig auf ein treues Hertz halte.

LXXXIII.

LXXXIII.

Vitriaria Officina. Die Glas-Hütte.



Quæ admiranda *ars!*	Welch eine wunderbare Kunst!
Arena, Cinis & Sal,	Sand, Aschen und Saltz,
vilis & obscura materia,	eine schlechte und dunckle Materie/
splendidum & pellucidum effectum, *vitrum* nempe, producit.	bringet eine so glänzende und durchsichtige Würckung/ nemlich das Glas, hervor.
Vitriarius (opifex)	Der Glasmacher oder Glasbrenner 1
format è liquata, in *vitriario clibano,* massâ,	macht aus dem, im Schmeltz-oder Werck-Ofen, 2 geschmoltzenen Zeug/
perflatu *tubi ferrei,*	mit Durchblasung eines Blaß-Rohrs von Eisen, 3

Vilis, e, schlecht/ gering.
Pellucidus, a, um, durchsichtig/ durchscheinend.
Vitriarius, m. 2. Vitriarius opifex, der Glasmacher/ oder Glasbrenner.
Liquatus, a, um, geschmeltzt.
Vitriarius clibanus, der Schmeltz- oder Glaswerck-Ofen.
Perflatus, m. 4. die Durchblasung.
Tubus, m. 2. ein Rohr/ Blaß-Rohr.

lignei

ligneis ansis instructi	mit hölzernen Hand-Griffen, 4	
diversa *vitreamina*,	allerhand Glas-Geschirre, 5	Vitreamen, n. 3. Glaß-Werck / Glaß-Geschirr.
imprimit ea, flando,	drucket selbige / im Blasen /	
certis *formis*;	in gewisse Formen; 6	
quo facto in *clibanum refrigeratorium* inferuntur,	worauf man sie in den Kühl-Ofen 7 bringt /	Clibanus refrigeratorius, der Kühl-Ofen.
ubi denuò calefiunt, & refrigerantur,	allda sie wieder erwärmet und abgekühlet werden /	
quia calor in eo non adeò intensus,	weil die Hitze in selbigem nicht so gar groß /	
quam in *calcinatorio* & *vitriario clibano*.	als in dem Calcinir- 8 und Werck-Ofen.	
* * *	* * *	
Fragile est *vitrum*, fragilior *homo*:	Gebrechlich ist das Glas, gebrechlicher der Mensch:	Fragilis, e, gebrechlich.
nunquam igitur vitam age securam,	darum sey nie sicher /	
& considera,	und bedencke /	
te in *vitreo corpore*	daß du in einem gläsernen Leib	
gerere aureum cimelium,	ein guldenes Kleinod /	Cimelium, n. 2. ein Kleinod.
animam immortalem,	die unsterbliche Seele, tragest /	
quæ,	welche /	
incertâ mortis *rimâ*,	bey ungewissem Todes-Schrick,	Rima, f. 1. ein Schrick / Riß oder Spalt in einem Glas.
facilè in *salutis discrimen* incidere potest.	leicht in Gefahr gerathen kan.	

LXXXIV.

Vitriarius Faber. Der Glaser.



Facit *Vitriarius Faber* (*fenestrarius*) *Fenestras*, quarum quædam sunt	Der Glaser 1 machet Fenster, 2 deren etliche sind	
Fenestræ quadrantales, (*quadrantariæ*)	viereckichte Fenster, Creutz-Fenster, 3	Fenestra quadrantalis, quadrantaria, ein Creutz-Fenster/ viereckicht Fenster.
Fenestræ bifores, medio scapo dissepta fenestræ,	Fenster ohne Creutz, Fenster mit zweyen Flügeln, 4	Biforis fenestra. Medio scapo dissepta fenestra, Fenster mit zweyen Flügeln.
Fenestræ reticulatæ, obducta transenna septæ,	Gitter-Fenster, 5	Fenestra reticularis. Obducta transenna septa, ein Gitter-Fenster.
Vitreæ Fenestræ;	Glas-Fenster; 6	

Silen-

Silentibus speculatoribus occlusas fenestras	Die Blend-Fenster, oder Fenster mit blinden Scheiben, 7	Silentibus speculatoribus occlusa Fenestra, ein Blend-Fenster / oder Fenster mit blinden Scheiben.
appingit penicillus *pictoris*, sæpius verò *tectoris*, parietibus,	macht des Mahlers, zum öfftern aber des Tünchers, Pensel an die Wände /	
si fenestrare parietem non licet.	wenn man kein Fenster in eine Wand brechen darf.	
Orbes vitreos, orbiculos,	Die Glas-Scheiben, 8	Orbis vitreus, Orbiculus, m. 2. eine Glas-Scheibe.
qui vel densiores, subvirides,	welche entweder schlechte /	Orbis vitreus densior, subviridis, eine schlechte Scheibe.
vel perlucidi, seu diaphani, nitore crystallinô, aut Venetô,	oder helle / von Venetianischem Glas /	Orbis perlucidus, diaphanus, helle oder Venetianische Scheibe.
interdum etiam *vitra hexagona* sunt,	bisweilen auch Rauten-Gläser sind / 9	Vitrum hexagonum, eine Rauten-Scheibe.
Fenestrarius	setzet der Glaser	
intra *jugamenta*, *fenestrales regulas*, *subscudes*,	zwischen den höltzenen Rahmen, 10	Jugamentum, n. 2. Fenestralis regula. Subscus, f. 3. eine Fenster-Rahm.
ducto *plumbo*, cooperat, coordinat,	mit dem gezogenen Bley, 11 zusammen/	
& firmat eos *stanno*,	und löthet sie mit Zinn, 12	
ne excidant,	daß sie nicht ausfallen	
Fenestrario vel *speculario vitro*	Die Fenster oder Spiegel-Gläser 13	Fenestrarium, vel specularium vitrum, ein Fenster- oder Spiegel-Glas.
utitur ad *valvulas reductiles*,	gebraucht er zu den Gutzerlein, 14	Valvulæ reductiles, Gutzerlein.

quæ, ut & fenestræ, *obicibus* instructa sunt.	welche / wie auch die Fenster mit Riegelein oder Fürreiberlein versehen.	
Cuneolos inter rotulas *interjectos*, scindit è *vitro*,	Die Zwickel zwischen den Schiben / schneidet er aus dem Glas, 16	Cuneoli inter rotulas interjecti, Zwickeln.
adamante vel *smiride*.	mit einem Diamant oder Schmergel. 17	Smiris, vel Smyris, f. 3. Schmergel.
Fenestras ornamus *fenestralibus hortulis. Adonidis hortis.*	Die Fenster zieren wir mit Scherben. 18	Fenestralis hortulus. Adonidis hortus, Blumen- oder Fenster-Scherben.
Vendit etiam Vitriarius varia vitreamina:	Der Glaser verkaufft auch allerhand Trinck-Geschirre:	
Vitra vinaria,	Wein-Gläser, 19	Vitrum vinarium, ein Wein-Glas.
Vitra cerevisiaria,	Bier-Gläser, 20	Vitrum cerevisiarium, ein Bier-Glas.
Vitra operculo tecta, (*operculata*)	Deckel-Gläser, 21	Vitrum operculo tectum, Operculatum, Deckel-Glas.
Vitra cælata cum emblematibus, (*imaginibus*,)	geschnittene Gläser, 22	Vitrum cælatum cum emblematibus, vel imaginibus, ein geschnittenes Glas.
Calices vitreos,	Kelch-Gläser, 23	Calix vitreus, ein Kelch-Glas.
Scyphos vitreos,	Römer, 24	Scyphus vitreus, ein Römer.
Elephantes, *camelos*,	Willkomm, 25	Elephas, Camelus, ein Willkomm.
Culullos, *carchesia*.	Krausen. 26	Culullus, m. 2. eine Krausse. Carchesium, n. 2. eine Gattung von Trinck-Geschirr.
Ut taceam *Vitra*, quibus *Pharmacopola* utuntur.	Der Gläser zu geschweigen / welche die Apothecker brauchen.	

Conficit

Latin	Deutsch	
Conficit præterea fenestrarius *Laternas vitreas*,	Uber dieses macht der Glaser noch gläserne Laternen, 27	
& relinquit in eis *ostiolum* pro *candela* inferenda & eximenda.	und läßt in demselben ein Thürlein, das Licht hinein zu setzen und heraus zu thun.	
* * *	* * *	
Quotidiè *Soli Justitiæ cor* tuum *trade*,	Gib täglich der Sonne der Gerechtigkeit dein Herz,	
ut illud *lumine* suo illuminet,	daß sie es mit ihrem Licht erleuchte/	
& non solum *omnibus* inservi *tuis* à DEO acceptis *donis*,	und diene nicht allein Jedermann mit deinen von GOTT empfangenen Gaben,	
sed *defende* illos etiam,	sondern wende auch von ihnen ab,	
ubi potes, *à scandalis* & *corruptelis*;	wo du kanst/ Aergernissen und Verführungen;	Scandalum, n. 2. Aergernis.
quemadmodum *fenestra* radiis solis *irradiata*,	gleichwie das von der Sonne beschienene Fenster,	Conclave, n. 3. Wohn-Zimmer/ Gemach.
non solum conclavia *illustrat*,	nicht allein die Gemächer hell macht,	
sed & à *cœli injuria* ea *defendit*.	sondern sie auch für dem Ungewitter verwahrt.	

LXXXV.

Carpentarius.



Der Wagner.

Varia *curruum* genera,	Die unterschiedliche Arten der Wägen,	
quos *Carpentarius* (*Rotarius faber*) facit,	welche der Wagner 1 macht/	
sequentia sunt:	sind folgende:	
Carpentum, *pilentum*, *vehiculum pensile*, *rheda pensilis*, *testudineata rheda*,	die Carosse, Kutsche, hangender Wagen, 2	
in quo *rotæ*,	woran die Räder, 3	
compaginem ligneam	den Kobel oder Kasten, 4	Compago lignea, der Kobel- oder Kutschen-Kasten.
in *libramentis loreis* pendentem,	der in den Schwang-Riemen 5 hängt/	Libramentum loreum, der Schwang-Rieme.
gerunt	führen.	
Hanc supertegit *fornix concamerata* & *corio obducta*, *testudineata*,	Diesen decket der Himmel, 6	Concameratus, a, um, Testudineatus, a, um, gewölbt.
virgis ferreis effulta,	welcher auf den Trag-Stangen liegt/	
sub qua *sediculæ*, *sedularia*,	unter welchem die Sitze, 7	Sedularium, n. 2. Sedicula, f. 1. der Sitz in der Kutschen.
& *staticula*; ut & *apertiones*:	und die Schläge, 8 wie auch Kutschen-Fenster: 9	Staticulum, n. 2. der Schlag. Apertio, f. 3. das Kutschen-Fenster. Ausschnitt- oder Aussehen.
Hæc omnia sustinet *tignum onerarium*,	Alles dieses ruhet auf dem Trag-Baum, 10	
cui *jugamenta antica* & *postica*,	welchem das vörder und hinter Bogen-Gestell, 11	
pariterque *fulcra alaria* eorumque *statumen* annexa.	wie auch die Köpffe 12 und das Küpff-Gestell anfüget.	
Super *temonis transversoria brachia* est *capsus*.	Uber den Rieb- oder Reit-Schamel 13 ist des Kutschers Siz. 14	Temo, m. 3. die Deichsel.

Latin	Deutsch	
Inscensurus carpentum aut de illo desulturus,	Wann jemand in die Kutschen hinauf oder herab steigen will /	
utitur *scandulâ rhedariâ*.	bedienet er sich des Tritts oder Wagen=Schamels. 15	Scandula rhedaria, der Tritt oder Wagen=Schamel.
Essedum,	Die Land= oder Reiß=Kutsche, 16	Essedum, n. 2. Reiß=Kutsche / it. Calesch / Chaise.
quod umbella reductili tegi retegique potest,	welche man auf= und zuziehen kan /	
vehit non solum *Peregrinantes*, (*Viatores*)	führt nicht allein die Reisenden,	
sed etiam eorum *impedimenta*. (*sarcinas*.)	sondern auch ihre Bagage. (Reiß=Gezeug.)	Impedimenta, 3. pl. Sarcinæ, pl. Reiß=Gezeug / Bagage.
Plaustrum, n. 2. *Vehiculum*,	Der Last=Wagen, Leiter=Wagen, Fuhr=Wagen, 17	
lignis, fœno, fimo oneratur.	wird mit Holtz / Heu / Mist beladen.	
Equus carrucarius (*Jumentum plaustrarium*)	Der Karren=Gaul (das Karren=Pferd) 18	
vehit arenam, calcem, rudera, lapides, aliaque *carro*,	führt Sand / Kalch / Schutt / Steine / und andere Sachen im Karrn, 19	Carrus, m. 2. ein Karn.
quem *carrucarius*,	welchen der Kärner, 20	
demtô *obice*,	mit eröffnetem Fürschub, 21	
exonerat.	abladet.	
Sunt insuper opera *carpentarii*	Es sind über dieses noch Wercke des Wagners	
confectio *sarracorum*,	die Verfertigung der Stertz=Wagen, 22 (worauf man Bier / Stein und Güter führt /)	Sarracum, n. 2. ein Stertz=Wagen.

Latin	Deutsch	
Plostellorum,	Kinder-Wägelein, 23	Plostellum, n. 2. ein Kinder-Wagen.
Pabonum, *chiromaxionorum*,	Schub-Kärren, 24	Pabo, m. 3. Chiromaxion, n. 2. ein Schub-Karrn.
Traharum,	Schlitten, 25	
& *Aratri*.	und des Pflugs.	
* * *	* * *	
Animus verè DEUM *amans*,	Ein Gemüt, das GOTT rechtschaffen liebt,	
similis est *currui*,	ist gleich einem Wagen,	
qui flectitur,	der sich lencken läßt/	
quaquaversum *aurigæ* lubet:	wohin der Fuhrmann will:	
totum se tradit obedienter	es überläßt sich gantz in Gehorsam	
sapienti Ejus ductui,	seiner weisen Führung,	
ad *prospera* & *adversa*,	zu Freud und Leid,	
dicens:	und sagt:	
Duc me, Parens, celsique Dominator poli,	Führ, Himmels-Führer, mich, nach deinem Vatter-Sinn,	
quocunque placuit, nulla parendi mora est,	so, wie es dir beliebt, zu Leid und Freude hin;	
assum impiger.	mein Hertz ist schon bereit, zu folgen allezeit.	
Senec. ep. 107.		

LXXXVI.

Cribrarius. Der Sieber.



Cribra sunt utilia utensilia,
quæ *cribrarius* ex *assulis flexibilibus* & *setis equinis* conficit,
interdum etiam ex filis *ferreis* & *orichalceis*.
Cribrum constat ex *reti*,
& *cribri circulo*;
Cribra conjuncta coërcent id, quod cribratur, ne fugiat,

Siebe 1 sind ein nützlicher Hausrath /
welche der Sieber 2 aus den Flecht-Schienen und Roß-Haaren 3 macht /
bisweilen auch aus Eisen- und Meßing-Drat.
Das Sieb bestehet aus dem Sieb-Boden, 4
und Rand des Siebs; (Zarg) 5
Gedoppelte Siebe 6 verhindern / daß das durchgesiebte / nicht verstaube /

Cribrum, n. 2. ein Sieb.
Utensilia, n. 3. pl. Hausrath.
Assula flexibilis, eine Flecht-Schiene.
Rete, n. 3. der Sieb-Boden.
Cribri circulus, der Rand des Siebs. (Zarg.)
Cribrum conjunctum, ein gedoppeltes Sieb.

aut

aut odorem amittat, vel nares offendat.	oder verrieche / oder in die Nase steige.	
Cribra sunt vel *loliaria*, vel *rara*, *angustissima*.	Siebe sind entweder weite, 7 oder enge Siebe. 8	Cribrum loliarium, ein weites Sieb. Cribrum rarum, angustissimum, ein enges Sieb.
Pistores & Molitores utuntur *cribro farinario*;	Becken und Müller gebrauchen das Meel-Sieb; 9	Cribrum farinarium, das Meel-Sieb.
Ruderarium, *incerniculum* multiplices habet usus.	Die Reiter 10 (das grobe Sand- und Kleyen-Sieb) hat vielfältigen Nutzen.	
Servis & rusticis opus est *vanno*,	Knechte und Bauren haben der Futter-Wanne 11 vonnöthen /	Vannus, f. 2. eine Futter-Wanne.
cum equis *avenam* miscent paleis, ex confectis frugum culmis.	wann sie den Pferden Futter machen / Halmen und Häckerling durchschlagen.	
* * *	* * *	
Optima *memoria* hæc est,	Dieses ist das beste Gedächtnus,	
quæ	welches /	
instar *cribri*,	wie ein Sieb,	
bonum retinet,	das Gute behält /	
& *malum* abjicit.	und das Böse fahren läßt.	

LXXXVII.

Capſarius. Der Schachtelmacher.



Capſarius,	Der Schachtel-Macher, 12	
cujus opus plerumque ex pineo, abiegno & ſaligneo ligno conſtat,	deſſen Arbeit meiſtens aus Fichten-Tannen- und Weiden-Holtz beſtehet/	Pineus, a, um, fichten. Abiegnus, a, um, tannen. Saligneus, a, um, aus Weiden.
flectit & *torquet*,	bieget und richtet 13	
aſſerculos, ſeu *ſectiles lamellas*, *bracteas ligneas*,	die dünne Schienen, 14	Aſſerculus, m. 2. Sectilis lamella. Bractea lignea, eine Schiene.
ope *retinaculi*,	vermittelſt des Stocks, 15	
ut aptæ fiant	daß ſie taugen	
ad varias *capſas*, *capſulas*,	zu allerhand Schachteln, 16	Capſa. Capſula, f. 1. eine Schachtel.

& *ſcri-*

& *scriniola*, *capsella*,	und Schächtelein, 17	Scriniolum, n. 2. ein Schächtelein.
cistulas quoque vel *cistellas*.	auch Trühlein oder Küstlein. 18	Cistula. Cistella, f. 1. ein Trühlein / Kistlein.
Capsæ, capsulæ sunt vel *rotundæ*,	Die Schachteln sind entweder rund, 19	
oblongæ vel *ovales*,	länglicht oder oval, (Eyerförmig,) 20	
quæ & sæpius *variis coloribus* ornantur.	welche auch öffters mit allerhand Farben gemahlt werden. 21	
* * *	* * *	
Sub aliqua *floribus eleganter picta Capsa*	In einer mit Blumen schön-bemahlten Schachtel	
latet interdum *res vilis*,	ligt bisweilen eine schlechte Sache,	
aut illa prorsus *vacua* est:	oder es ist gar nichts darinnen:	
ita tegunt frequenter	so decken vielmals	
officiosæ floridorum verborum *blanditiæ*	die geblümten Worte der Complimenten	Officiosa verba. Officiosæ verborum blanditiæ, *Compliment*en.
fallacem linguam,	eine falsche Zunge /	
veritate *vacuam*.	welche leer ist an Warheit.	

LXXXVIII.

LXXXVIII.

Calcarius. Der Kalchbrenner.



Calx de *albo saxo* (*calcario*) aut *silice*	Der Kalch wird aus weissem Stein oder Kiesel	Calx, f. 3. der Kalch. Saxum, n. 2. ein Stein. Silex, c. 3. der Kiesel-Stein.
coquitur.	gebrennt.	
Saxa è *Lapidicina calcaria*	Die Steine aus dem Kalch-Bruch 1	Lapidicina calcaria, der Kalch-Bruch.
in *ovali fovea*	werden in einer ablangen Gruben 2	
solidè *componuntur*,	dicht auf einander geschlichtet, 3	
ne corruant	damit sie nicht zusammen fallen	
& inæqualiter ardeant.	und ungleich brennen.	

Fovea

Fovea *argillâ* obducitur,	Die Grube wird mit Leimen verklebt / 4	Argilla, f. 1. weisser Don / Haffner-Leimen.
& *ignis* subditur,	und Feuer darunter geschürt / 5	
qui spatio septem vel octo dierum nutritur, (alitur) ut servet flammam continuam,	welches man sieben oder acht Tage lang / in steter Flamme unterhält /	
donec *Saxa* tam externè quàm internè candeant,	biß die Steine so aus- als inwendig glüen /	
& *fumus* nullus aut *vapor* sentiatur.	und kein Rauch noch Dampf mehr gespüret wird.	
* * *	* * *	
Immoderatæ Exhortationes in animis iracundis,	Unbescheidene Ermahnungen bey zornigen Gemütern /	
sunt ut *aquæ*,	sind wie Wasser,	
quæ *calcis glebis*	welches auf Klumpen lebendigen Kalchs	Calcis gleba, ein Klumpe lebendigen Kalchs.
superfunditur:	gegossen wird:	
Eo *magis* verò *fervent*,	Sie erhitzen sich aber desto mehr,	
quo *minus* verba	je weniger die Worte	
modestiâ temperata sint.	mit Bescheidenheit gemäßiget sind.	

LXXXIX.

LXXXIX.

Lapidarius. Der Steinbrecher.



Lapidarius (*exemptor lapidum*)
confert se cum instrumentis (organis) suis,
Cantherio,
Fune & *Polyspasto*,
ligneis & ferreis *Cuneis*,
Longurio ferreo,
Marrâ,
Palâ,
Ligonibus,
Scalpris excisoriis,
Tuditibus,
& *Malleis*,
in *Lapidicinam*,
Latomiam:

Der Steinbrecher 1
begibt sich mit seinem Werckzeug/
dem Bock, 2
Seil- und Flaschen-Zeug, 3
höltzern- und eisernen Keilen, 4
Heb-Eisen, 5
Hauen, 6
Schauffeln, 7
Pickeln, 8
Meisseln, 9
Schlägeln, 10
und Hämmern, 11
in den Steinbruch: 12

Instrumentum, n. 2.
Organum, n. 2.
Werckzeug.
Cantherium, n. 2.
Bock/ Schragen/ darauf man etwas legt.
Polyspastum, n. 2.
Flaschen-Zeug.
Cuneus, m. 2. ein Keil.
Marra, f. 1. Hauen.
Pala, f. 1. Schauffel.
Ligo, m. 3. Pickel.
Scalper excisorius, ein Meissel.
Tudes, itis, m. 3. Tudis, f. 3. ein Schlägel.

ubi

ubi *Lapides*	allwo er die Steine	
ligone *eruit*,	mit dem Pickel aus-bauet, 13	
aut pulvere nitrato *dirumpit*.	oder mit Pulver zer-sprenget. 14	
Atque ita parantur	Und also werden zube-reitet	
Lapides quadrati,	Quater-Steine, 15	Lapis quadratus, ein Quater-Stein.
Lapides operarii,	Werck-Steine, 16	Lapis operarius, ein Werck-Stein.
Lapides molares,	Mühl-Steine, 17	Lapis molaris, ein Mühl-Stein.
Limites, *Termini*,	Marck-Steine, 18	Limes, m. 3. Terminus, m. 2. ein Marck-Stein.
Cotes aquariæ, *rotatiles*.	Schleif-Steine. 19	Cos aquaria, rotatilis, ein Schleif-Stein.
* * *	* * *	
Ita plerumque fieri amat,	Es gehet meistentheils so/	
ut, alterum *emendaturus*,	daß der, so einen andern bessern will,	
ab eo,	von selbigem/	
quia *non agnoscit* beneficium sibi collatum,	weil er die an ihn gewandte Wolthat nicht verstehet,	
ingrati animi crimine offendatur,	mit Undanck beleidiget wird/	
atque hoc modo iste imitatur *Lapidem*,	und machts ers auf diese Weise wie der Stein,	
qui non raro *scrupulos* mittit in *oculos* lapidarii,	der dem Steinbrecher manchmal Steinlein in die Augen wirfft/	
qui eum *format*.	der ihn zubereitet.	

XC.
Laterarius. Tegularius. Der Ziegler.



Priusquam *Lateres* ducuntur,	Ehe die Ziegel gestri-chen werden/	Later, m. 3. ein Ziegel.
Lutum in cistis emollitum	wird der in den Küsten erweichte Leimen 1	Lutum, n. 2. der Leimen.
cultris ferreis *concidi-tur*,	mit eisernen Messern zerhackt, 2	Emollitus, a, um, erweicht.
in *scamnum*, pura are-na conspersum, *im-ponitur*,	auf die / mit reinem Sand bestreuete / Banck gelegt, 3	
Formaque ferrea *fingi-tur*;	und durch die eiserne Form geformet: 4	
Lateres hoc modo	Die Ziegel werden also	
in *asserculo*, à pueris (adolescentulis) *deportantur*	auf einem Bretlein von den Jungen hinweg getragen 5	Asserculus, m. 2. ein Bretlein.
& *siccantur*;	und getrocknet; 6	

deinde in *fornace lateraria* coquuntur.	hernach in dem Ziegel-Ofen 7 gebrennt.	Fornax lateraria, der Ziegel-Ofen.
Laterum figulus (*Laterarius*) conficit,	Der Ziegler 8 macht/	
in *Taberna lateraria*,	in der Ziegel-Hütten, 9	Taberna lateraria, die Ziegel-Hütten.
non solum varios *Lateres*,	nicht allein allerhand Ziegeln, 10	
sed & *Lateres coctos*,	sondern auch Bach-Steine, 11	Later coctus, Bach-Stein.
Lateres pavimentarios,	Soler-Steine oder Pflaster-Ziegel, 12	Later pavimentarius, ein Soler-Stein.
Lateres focarios.	Heerd-Steine. 13	Later focarius, ein Heerd-Stein.

* * *

Nemo non aliquem habet,	Jeder hat einen/	
cui *tantum credat*,	dem er so viel anvertrauet,	
quantum ipsi *creditum est*,	als ihm anvertrauet worden;	
hinc sicut *pluvia* tectis excepta,	wie nun der von den Dächern aufgefangene Regen,	
quæ ex alia in aliam tegulam imbricemque devoluta,	welcher von einem Ziegel auf den andern fällt/	Tegula, f. 1. ein Ziegel. Imbrex, c. 3. ein Hol-Ziegel.
in *publicas vias* demum spargitur;	endlich auf allen Gassen ausgebreitet wird;	
ita	also wird/	
pluribus in conscientiam clam adhibitis,	Wo man vielen etwas heimlich anvertrauet,	
quod secretum singulis est,	was diesem oder jenem ein Geheimnus ist,	
populo rumor fit. Strada Dec. 1. Lib. 1.	dem Volck eine allgemeine Sage.	Rumor, m. 3. ein Gerücht/ und gemein Geschrey.

XCI.

Lapicida. Latomus.



Der Steinmetz.

Latin	Deutsch	
Peritus *Lapicida*, *Latomus*	Ein verständiger Steinmetz 1	
merito laudandus est,	ist billich zu loben/	
quippe qui ad *normam*	als welcher nach dem Richtscheit (Winckel-Maß) 2	Norma, f. 1. das Richt-Scheit/ Winckel-Maß.
Cælo	mit dem Meissel 3	Cælum, n. 2. der Meissel.
& *Tudite*	und Klöpffel 4	
Lapides ita *adornat*,	die Steine also zubereitet, 5	Tudes, m. Tudis, f. 3. ein Klöpffel/ Schlegel.
ut in eis ars & usus appareat.	daß man an selbigen Kunst und Nutzen siehet.	
Necesse verò est,	Er muß aber	
ut perfectam notitiam *quinque columnarum*, nempe	eine gute Wissenschafft von den fünff Seulen, nemlich	
Toscanæ,	der Toscanischen, 6	
Doricæ,	Dorischen, 7	
Jonicæ,	Jonischen, 8	
Corinthiacæ	Corinthischen 9	
& *Compositæ* habeat,	und der Composita 10 haben/	
ut scitè eas adhibeat,	damit er sie ordentlich anwende/	
& cum requisitis partibus elaboret, quæ sunt:	und mit erforderten Theilen versehe/ welche sind:	
Plinthus,	die Plinthe, die liegende unterste Blatten, der Auffstand, 11	
Stylobata vel *Stylobates*,	das Fuß-Gestell oder Postament, 12	
Thorus, *Torulus*, *Annulus*, *Cincta*,	der Seulen-Gurt, Ring, 13	
Astragali,	die Stube, 14	
Echini,	halben Stübe, 15	
Hypotrachelium,	der Seulen-Hals, 16 (Gorgerin,)	

Episty-

Epistylium,	das Unter-Gesims, (Architrab) 17	
Tænia, *Fascia*,	Bandelets, Binden, Gewändlein, 18	
Zophorus,	Frise, 19	
Cymatia,	die aus- oder abfliessende Stäbe, Gesimslein, 20	Cymatium, n. 2. Gesimslein.
Corona,	das Ober-Gesims, Haupt-Gesims, 21	
Capitellum.	das Capitäl. 22	
Huc referuntur aliæ *ornamenti partes*,	Hieher gehören noch andere Auszierungs-Theile,	
utpote:	als nemlich:	
Tegulæ,	die Blätlein, 23	
Abaci,	hangende oder liegend-stehende Blätlein, 24	
Sima,	die Carnis, 25	
Inversa;	die verkehrte Carnis, 26	
Volutæ,	die überworffene Schnirckel, 27	
Folia,	das Laubwerck, 28	
Labia Volutarum,	Blätter-Leffzen, 29 oder überworffenes Laubwerck,	
Capita Taurorum vittata,	Ochsen-Köpffe mit ihren Bünden, 30	
Oculi bovini,	Ochsen-Augen, 31	
Denticuli,	Kälber-Zähne, 32	
Triglyphi,	Trilippen, 33	
Metopæ,	Füllung des Fries, 34	
Encarpa, &c.	Frucht-Gehänge, rc. 35	

Hos

Hoc modo laudant Latomi *artificiosam manum*,	Auf solche Weise loben des Steinmetzens geschickte Hand,	
non solum *Arces*,	nicht allein Schlösser,	
Templa,	Kirchen,	
Propugnacula,	Pasteyen,	
Muri,	Mauren,	
Palatia,	Paläste,	
& *Domus*,	und Häuser,	
sed & *Altaria*,	sondern auch Altäre,	
Baptisteria,	Tauf-Steine,	
Fontes,	Brunnen,	
Crateres,	Röhr-Kästen,	Crater, m. 3. ein Röhr-Kasten / it. ein grosser Becher.
Ambulacra,	Gänge,	
Scalæ,	Stiegen,	
Cellæ,	Keller,	Ambulacrum, n. 2. ein Gang.
Camini, *Fumaria*,	Camine,	
quid? quod *Lapides Sepulchrales*.	ja gar die Grab-Steine.	Lapis sepulchralis, ein Grab-Stein.
* * *	* * *	
Qui suum *Lapidem Sepulchralem*	Wer seinen Grab-Stein	
memoriâ continet,	im Gedächtnus trägt /	
nec capitur oblivione *mortalitatis*;	und der Sterblichkeit nicht vergißt;	
firmum ponit *fundamentum*	der legt einen guten Grund-Stein	
ad extructionem *Templi Virtutum*	zum Bau des Tugend-Tempels	
in *corde* suo.	in seinem Hertzen.	

XCII.
Tector. Incruſtator. Der Tüncher.



Structo (a) *Tabulato*, *Contabulatione*, & apparato (a) *Tectorio*, *incruſtatione*, *Tector* delet *Tectorium priſtinum*, incruſtat *Parietem*, eumque *dealbat* (eique *albarium inducit*) aut veſtit (tegit) domum omnifariam. Trulliſſat etiam *laquearia & muros* puro *arenato* (*intrita*) ut pictor *recens albarium* pingere poſſit.

Nach aufgerichtetem Gerüſt 1 und angemachter Tünch, 2 ſchläg der Tüncher die alte Tünch ab/ 3 bewirfft die Wand, 4 und weiſſet ſie/ 5 oder tünchet das Haus auf allerley Weiſe. Er beſtreicht oder überziehet auch die Decken (Tillen) und Mauren 6 mit zartem Mertel, daß der Mahler in freſco darein mahlen könne. 7

Tabulatum, n. 2. Contabulatio, f. 3. ein Gerüſt.
Tectorium, n. 2. Incruſtatio, f. 3. die Tünch.
Omnifariam, adv. auf allerley Weiſe.
Laqueare, n. 3. eine Decke/ Tille.
Arenatum, n. 2. Intrita, f. 1. der Mertel.

Ipſe

Ipse porro repræsentat suo *penículo tectorio*	Ferner macht er selbst mit seinem Tüncher-Pensel	Peniculus tectorius, ein Tüncher-Pensel.
exornatas fenestras,	zierliche Fenster, 8	
Decumanas, principes portas, portas majores,	Portale, 9	
Columnas,	Seulen, 10	
Ornamenta floribus frugibusque texta,	Festonen, Blumen-Gehänge, 11	
Epistylia,	Knöpffe, 12	Epistylium, n. 2. Knopff auf einer Seul.
& *Vasa antiqua*.	und Antichische Gefässe. 13	
* * *	* * *	
Multi utuntur *amicis*,	Viele bedienen sich der Freunde,	
ut Incrustatores *tabulato*:	wie die Tüncher des Gerüsts:	
dum egent *auxilio*,	indem sie der Hülffe bedörffen/	
laudant *fidem*,	rühmen sie die Treue;	Fastigium fortunæ, der Gipfel des Glückes/ die Glückes-Höhe.
cum verò ad *fastigium fortunæ* pervenêre,	wann sie aber zur Glücks-Höhe gelanget/	
dirimunt *amicitiam*, ut *tabulatum* dissolvitur.	brechen sie die Freundschafft ab/ wie man ein Gerüst abträgt.	

XCIII.

Strator Tectorum.



Der Dachdecker.

Quo *Domus* adversus injurias cœli muniatur,	Damit das Haus wider das Ungewitter verwahret werde/	
tegit *Strator tectorum* eam	deckt der Dachdecker 1 selbiges	
tegulis;	mit Ziegeln; 2	
quarum quædam sunt:	deren etliche sind:	
Tegulæ deliciariæ,	Keel-Ziegel, 3	Tegula deliciaria, ein Keel-Ziegel.
Linguæ,	breite Ziegel, Biber-Schwänze, Küh-Mäuler, 4	Lingua, f. 1. ein breiter Ziegel.
Laterculi crudi,	flache Ziegel oder Taschen, 5	Laterculus crudus, ein flacher Ziegel.
Tegulæ hamatæ, lateritiæ,	Hacken, 6	
Imbrices.	Hol-Ziegel. 7	Imbrex, ein Hol-Ziegel.
His utitur, ut *tectorum forma* requirit,	Diese gebraucht er/ nach Beschaffenheit der Dächer,	
hoc enim est vel *planum*, vel *declive*,	denn entweder ist solches flach, 8 oder abhängig, 9	Tectum planum, ein flaches Dach. Tectum declive, abhängig Dach.
Tectum simplicis alæ,	ein Dach mit einer Abseiten, 10	
Tectum displuviatum, vel *alæ geminæ*,	ein Dach mit einer doppelten Abseite, 11	
Tectum testudineatum,	Dach mit vier Abseiten,	
Tectum turbinatum, in metam,	ein rund zugespitztes Dach, 12	
& denique *Tectum fastigiatum, fastigium.*	und endlich ein gegiebeltes oder spitziges Dach. 13	

Ad *uncos* figit ille *scalas*,	An die Hacken hänget er die Leitern, 14	Uncus, m. 2. ein Hacken. Scalæ, f. 1. pl. die Leitern.
& *labra*, quibus *arenatum* vel *aqua* continetur,	und die Schäffer mit Mertel 15 oder Wasser	
ad *uncos minores*.	an die kleinen Häcklein. 16	
Alligato *fune*	Mit dem angebundenen Seil 17	
sustinet se,	hält er sich/	
ne deflectat à tecto.	daß er nicht falle.	
In *Pagis*	Auf den Dörffern	
domus *stramine*, (*stramento*,) *scandulis* & *asseribus*	werden die Häuser mit Stroh, Schindeln und Brettern	Stramen, n. 3. Stramentum, n. 2. Stroh. Scandula, f. 1. eine Schindel.
teguntur.	gedeckt. 18	Asser, m. 3. ein Bret.
Tecta etiam *Lapide scissili*, (*ardosia*)	Dächer werden auch mit Schiferstein, 19	Lapis scissilis, Ardosia, f. 1. Schifer-Stein.
ubi ejus copia datur,	wo man solchen haben kan/	
sternuntur:	gedeckt:	
Tecta verò *scandularia* & *ardosiaca*,	Aber Schindel- und Schifer-Dächer	Tectum scandulare, ein Schindel-Dach.
exorto aliquo *incendio*,	sind/ wann eine Brunst entstehet/	Tectum ardosiacum, ein Schifer-Dach.
ægrè ex flammis eripiuntur;	übel zu löschen;	
nam *scandulæ* ocyssimè ignem concipiunt,	dann die Schindel fangen geschwind Feuer/	Ocyssimè, adv. Behend/ schnell/ geschwind.
& *lapis scissilis* ignis ardore dissilit atque fragmenta latè spargit.	und der Schiferstein zerspringet in der Hitze/ und wirfft die Trümmer weit um sich.	Fragmen, n. 3. ein Trumm.

Altæ *Turres*, *Templa*, aliæque *magnificæ Structuræ*,	Hohe Thürne, Kirchen, und andere herrliche Gebäue,	
interdum durabilitatis causa,	werden bißweilen wegen der Dauerhafftigkeit/	Durabilitas, f. 3. Dauerhafftigkeit.
Cupro, *Plumbo* vel *Lamina* decorantur.	mit Kupffer, Bley oder Blech 20 geziert.	
Est etiam *Stratoris tectorum*,	Dem Dachdecker stehet auch zu/	
Colliquias suspendere.	Rinnen, (Dach-Röhren) zu hängen. 21	Colliquiæ, pl. f. 1. Dach-Rinnen.

* * *

Observate *cor* vestrum,	Gebt acht auf euer Hertz,
ne *peccato* corrumpatur:	daß es durch die Sünde nicht verderbet werde:
Quemadmodum enim in *tecto*,	Dann wie an einem Dach,
ubi pluvia permeat, ruina inquirenda & obstruenda est,	wo es durchregnet/ der Ort untersucht und vermacht werden muß/
ne *trabes* computrescant;	daß die Balcken nicht faulen;
ita decet nos,	also gebühret uns/
omnibus occasionibus, per quas *peccatum*, clam se *cordi* insinuat,	aller Gelegenheit, durch welche sich die Sünde heimlich ins Hertz schleicht/
prævenire, *ne* illud huic *vastitatem inferat*.	vorzukommen/ damit sie solches nicht verwüste.

XCIV.
Lapidator. Strator Viarum.
Der Pflasterer.



Quantum *Lithostrotes* commodum præbeat *urbis* alicujus *incolis*,	Was der Pflasterer für Nutzen den Einwohnern einer Stadt schaffe/	Lithostrotes, æ, m. 1. Lithostrota, m. 1. ein Pflasterer.
id norunt illi, qui in locis habitant, quorum *viæ non stratæ* sunt.	wissen die zu sagen/ welche an ungepflasterten Oertern wohnen.	
Innititur *Lapidator* (*Straturæ opifex*) (*Structor viarius*) genu,	Es kniet der Pflasterer 1	
stramineo peniculo,	auf einem Strohwisch, 2	Stramineus Peniculus, ein Strohwisch.
& aptat *Lapides*	und richtet die Steine ein	
Ruthro,	mit der Pflaster-Kelle 3	Ruthrum, n. 2. Pflaster-Kelle/ Pflaster-Haue.
& *Malleo*:	und dem Hammer: 4	

quo

quò verò ſtabiles maneant,	damit ſie aber feſt bleiben/	
tundit eos *tudite*.	ſtößt er ſie mit dem Stößel. 5	
Lapides *ligone* erutos	Die mit dem Pickel ausgehauene Steine 6	
ſelegit,	klaubt er auseinander/	
qui reſtant,	die überbliebene	
includit *bigis*,	ſperrt er in den Karrn, 7	
operam dimittens.	wann er Feyerabend macht.	
Deficiente *pavimento*,	Wo man kein Pflaſter hat/	Pavimentum, n. 2. Pflaſter
viæ *ſilice* pavimentantur.	werden die Gaſſen mit Kieſel-Steinen gepflaſtert.	Silex, c. 3. ein Kieſel-Stein.

* * *

Noli verſari in eorum *familiaritate*,	Gehe nicht mit denen um,
qui *non* DEI vias *tenent*,	welche nicht auf den Wegen GOTTES gehen,
& pondera Eccleſiaſtici verba:	und bedencke Sirachs Worte:
Via peccantium complanata lapidibus,	Die Gottloſen gehen zwar auf einem feinen Pflaſter,
cujus autem finis ſunt inferi, & tenebræ, & pœnæ.	deß Ende aber der Höllen Abgrund iſt.
C. XXI, 11.	C. XXI, 11.

XCV.
Mola pulveraria. Die Pulver-Mühl.



Sulphur, *nitrum* & *carbones*,	Schwefel, Salpeter und Kohlen	Nitrum, n. 2. Salpeter.
lixivio nitrato,	werden mit Salpeter-Laugen/	Lixivium, n. 2. & Lixivia, f. 1. Lauge.
in *labro*,	in dem Zuber, 1	Labrum, n. 2. ein Zuber.
spathâ ligneâ,	mit der hölzernen Rühr-Schauffel 2	
bene agitantur, & deinde in *molam* inferuntur,	wol abgearbeitet/ und hernach in die Mühle 3 gebracht/	
contunduntur,	zerstossen, 4	
cribrantur,	gesiebt, 5	
& in *granula* rediguntur.	und gekörnet.	
Quod residuum est in *cribro*,	Was in dem Sieb verbleibet/	

à *sulfu-*

à *sulfurati pulveris opifice*	wird / von dem Pulvermacher, 6	Sulfurati pulveris opifex, ein Pulvermacher.
infunditur *concameratæ fornaci* subscudibus circumdatæ,	auf den / mit Leisten umgebenen Dörr-Ofen 7 geschüttet /	Concamerata fornax, Dörr-Ofen / Dörre. Subscus, cudis, f. 3. eine Leiste.
interdum parvo *rastro* vertitur,	bißweilen mit einem kleinen Rechen 8 umgewendet /	
& si *pulvis nitratus*, *igniarius*, *tormentarius* siccus & torridus factus,	und wann das Pulver recht dürr und trocken /	Pulvis nitratus, igniarius, tormentarius, Pulver / Schieß-Pulver.
cadis conditur & asservatur.	wird es in die Pulver-Tonnen 9 gethan und verwahrt.	Cadus pulveris tormentarii, eine Pulver-Tonne.

* * *

Magnatum *ira*	Grosser Herren Zorn
similis est *accenso pulveri nitrato*,	ist wie angezündetes Pulver,
qui *fulgurat* & *ferit*:	welches blitzt und trifft:
terrorem eorum *odii*,	dem Schrecken ihrer Ungnade
sequitur	folgt
præceps fortunæ ruina.	der Sturtz des Glücks nach.

XCVI.

Samiarius. Politor Gladiorum.

Der Schwerdtfeger.



Latin	Deutsch	
Quod hic conficit, facit vel ad *defensionem*, vel ad *dignitatem*, tam *belli* quam *pacis* tempore.	Was dieser machet / dienet entweder zum Schutz, oder zur Ehre, sowol in Kriegs- als Friedens-Zeit.	
Gladii, *enses*, quos parat, sunt diversi:	Die Degen, die er zubereitet / sind unterschiedlich:	Gladius, m. 2. Ensis, m. 3. ein Degen. Diversus, a, um, unterschiedlich.
Duellicus Ensis,	Ein Rauf-Degen, 1	
Gladius ad *cæsim percutiendum*,	ein Hau-Degen, 2	
Gladius ad *punctim feriendum*,	ein Stoß-Degen, 3	
Sica, f. 1	holgeschliffener Degen, Stecher, Dreyecket,	
Clunaculum, n. 2.	Hirschfänger, Weidner, 4	

Retusi & præpilati enses, rudis gladiatorius, acie obtusa gladius.	Rapiere, Fecht-Degen. 5	Retusus & præpilatus ensis, ein Rappier.
Laminas ornat *capulo, manubrio,*	Die Klingen zieret er mit dem Degen-Gefäß, Hand-Griff, 6	Capulus, m. 2. & Capulum, n. 2. ein Degen-Gefäß. Manubrium, n. 2. Hand-Griff.
Pila capulari, & *scutula capulari, tegmine capuli.*	dem Degen-Knopf, 7 und dem Stich-Blat, oder Degen-Creutz. 8	Pila capularis, der Degen-Knopf. Scutula capularis, Tegmen capuli, Stich-Blat / Degen-Creutz.
Porro etiam vendit	Ferner hat er auch zu verkauffen	
Acinaces, enses falcatos, gladios Persicos,	Säbel, 9	Acinaces, m. 3. Ensis falcatus, Gladius Persicus, ein Säbel.
Parazonia,	Ritter-Schwerdter, 10	Parazonium, n. 2. Ritter-Schwerdt.
Xiphomachæras, Romphæas,	Schlacht-Schwerdter, 11	Xiphomachæra, Romphæa, f. 1. Schlacht-Schwerdt.
Gladios ancipites,	Zweyschneidige Schwerdter, 12	Gladius anceps, Zweyschneidig Schwerdt.
Pugiones,	Dolchen, 13	Pugio, m. 3. ein Dolch.
Dolones, Gladios scipioni insertos.	verborgene Klingen, Jacobs-Stäbe. 14	Dolon, m. 3. Gladius scipioni insertus, verborgene Klinge / Jacobs-Stab.

* * *

Pecunia & *Gladius*	Das Geld und der Degen
requirunt *prudentes manus,*	erfordern kluge Hände,
quibus *fervens juventus* eget:	welche die hitzige Jugend nicht hat:
Qui verò *importunè* ensem *distringunt,*	Die aber zur Unzeit zum Degen greiffen,
eum cum *ignominia* in *vaginam* recondunt.	stecken ihn mit Schande wieder in die Scheide.

XCVII.

Bombardarius, Faber Sclopetarius, ut Materiarius Bombardarum.



Feuer-Schloß-und Büchsen-Macher, Büchsen-Schmid, wie auch Büchsen-Schiffter.

Licet *Tormenta* adversus *homines* usurpentur,	Ob gleich die Geschosse wider Menschen gebraucht werden/	
atque ideo reprobanda essent;	und deßwegen zu schelten;	
inserviunt tamen illi, qui se *defendere*,	so dienen sie doch auch dem/ der sich schützen,	
aut *Volucres* & *feras* transverberare cupit.	oder Geflügel und Wild fällen will.	Volucris, f. 3. Vögel/ Geflügel. Fera, f. 1. ein wildes Thier/ Wild.
Hæc verò sunt diversimoda:	Diese aber sind unterschiedlich:	
Catapulta, f. 1. *Sclopi equestres*, & *Sclopus*, m. 2. *Sclopetum*, n. 2.	Flinte, Carabiner, (gezogenes Rohr) und Musqueten, 1	Sclopus equestris, Carabiner.
Bombarda venatoria,	Vogel- und Pirsch-Rohr, 2	
quâ *Venatores* utuntur,	dessen sich die Jäger bedienen/	
eamque sæpe *plumbea grandine*, *granulis ferreis* onerant.	und solche offt mit Schrot laden.	Granula ferrea. Plumbea grando. Minuta grando ferrea, Pilulæ grandinosæ, Schrot.
Fistula scopica,	Ziel-Rohr, Ziel-Büchse,	
qua *Jaculatores* (*Sclopetarii*)	womit die Schützen	Jaculator, m. 3. Sclopetarius, m. 2. ein Schütz/ Büchsen-Schütz.
in *campo jaculatorio* (*Martio*)	auf dem Schieß-Platz 3	Campus jaculatorius, vel Martius, der Schieß-Platz.
scopum petunt (ad *metam* jaculantur.)	nach dem Ziel 4 schiessen.	
Fistulæ cochleatæ	Geschraubte Rohre	Fistula cochleata, ein geschraubt Rohr.
peculiarem habent *usum*;	haben ihren besondern Nutzen.	

In his omnibus	An diesen allen	
bene observandus est	ist wol zu beobachten	
Catulus sclopi, Draco ignivomus,	der Hahn, 5	
Scutula, f. 1.	das Zünd-Loch, 6	
Ligula, f. 1.	das Zünglein, 7	
Tubus, m. 2. *Tubulus,* m. 2. *Fistula,*	das Rohr, 8	
Ima seu *maxillaris pars,*	der Schwantz, 9	
Cochlea,	die Schwantz-Schrauben, 10	
Virga stipatoria,	der Lad-Stab oder Stecken, 11	
Virga hamata.	der Kugel-Zieher. 12	
Porro conficit etiam	Ferner verfertiget er auch	
Sclopos minores, breviores, bombardulas equitum,	Pistole, 13	Sclopus minor. Sclopus brevis. Bombardula equitis, ein Pistol.
Pugillares Sclopos.	Terzerole, Puffer. 15	Pugillaris Sclopus, ein Terzerol / Puffer.
Sclopis clavicularíis	Mit Schlüssel-Büchsen 16	Sclopus clavicularis, eine Schlüssel-Büchse.
delectant se pueri.	ergötzen sich die Knaben.	
Theopæus fistularum æenearum	Der Büchsen-Schiffter 17	
parat *thecas ligneas*	verfertiget die Schäffte. 18	Theca lignea, der Schafft.

ad

ad *tubos*, *tubulos*, *fistulas*,	zu den Läuffen, Röh-ren,	Tubus, m. 2. Tubulus, m. 2. Fistula, f. 1. Lauf / Rohr.
ut non solum leves in manu,	daß sie nicht allein leicht in der Faust /	
sed & maxillas admoturo aptæ sint,	sondern auch zum An-schlagen bequem sind /	
& oculos recreent.	und die Augen belu-stigen.	
* * *	* * *	
Homo, qui in *iracundiam præceps* fertur	Ein jähzorniger	
& *vindictæ tempus* aucupatur,	und Gelegenheit zur Rache suchender Mensch	
similis est *draconi aptato* ictum *minitanti*,	ist gleich dem aufgezo-genen Hahne,	
qui levi tactu *ignem* emittit:	welcher auf das ge-ringste Anrühren Feuer gibt:	
Sapiens verò,	Ein Weiser aber /	
qui *Mansuetudinis vexillo* se addixit,	der zu der Sanfft-mut-Fahnen ge-schworen /	
se ipsum vincit,	bezwinget sich selbst,	
ne illi *objiciatur*	damit ihm nicht vor-geworffen werde	
dictum Ecclesiastici:	der Spruch des Pre-digers:	
Ira in sinu stulti requiescit. C. VII. 10.	Zorn ruhet im Her-zen eines Narren. C. VII. 10.	

XCVIII.

Arcuarius. Arcubaliſtarius.



Der Bogner.

Hic,	Dieser /	
cujus *Instrumentum* primarium est	dessen vornehmster Werckzeug ist	
Scamnum, cum longa *lignea cochlea*,	eine Banck, 1 mit einer langen höltzernen Schrauben, 2	
conficit	macht	
Scorpiones,	Stahl-Geschosse, 3	Scorpio & Scorpius, ein Stahl-Geschoß.
quibus illi *Scorpionistæ* utuntur,	deren sich diejenigen Schützen bedienen /	
qui fictitium è ligno *Alitem*, (*Psittacum*)	welche nach dem Vogel,	
altissimæ *perticæ* seu *malo* impositum,	auf der Stangen, 4	
sagittis impetunt.	schiessen.	
Catapultâ, quæ minor scorpione,	Mit der Armbrust, 5 welche kleiner als das Stahl-Geschoß /	Catapulta, f. 1. eine Armbrust.
multi se exercent in *scopo* feriendo.	üben sich viele das Ziel zu treffen.	
Hæc, ut *Scorpius*,	Diese wird / wie das Stahl-Geschoß,	Scapus, m. 2. Stylus, m. 2. die Seule am Bogen.
imponitur *scapo*, (*stylo*,)	auf die Seule 6 gelegt /	Nervus, m. 2. die Senne.
nervus *cornice*, *suculâ* torquetur, tenditur,	die Senne mit dem Spanner 7 aufgezogen / gespannet /	Cornix, f. 3. Sucula, f. 1. der Spanner.

oculus in *uncum eburneum, osseum, fibulam, hamum* conjicitur,	das Aug auf die Nuß 8 gerichtet/	Uncus eburneus, osseus, Fibula, f. 1. Hamus, m. 2. die Nuß an der Armbrust oder Paläster.
& *excussorio*	und mit dem Druck-Nagel 9	Excussorium, n. 2. der Druck-Nagel.
sagitta, calamus, arundo cum *spiculo* emittitur, jaculatur.	der Boltz mit dem Boltz-Eisen 10 abgeschossen.	Spiculum, n. 2. das Boltz-Eisen.
Arcus ballistarius jacit pilulas plumbeas & luteas.	Das Paläster 11 schiesset Bley- und Leimen-Kugeln.	Pilula plumbea, Bley-Kugel.
Telum vulpibus insidias *struens*	Das Fuchs-Geschoß 12	
trajicit bestiam sagittâ,	schießt der Bestie den Pfeil in den Leib/	
aut interficit eam gravi quodam calamo plumbo repleto.	oder schlägt solche durch einen mit Bley ausgegossenen schweren Boltz todt.	
Turcæ in bello secum ducunt *arcus*,	Die Türcken führen im Krieg mit sich die Bögen, 13	Arcus, m. 4. der Bogen.
quos *Coryto* condunt.	welche sie in den Bogen-Köcher 14 stecken.	Corytus, m. 2. der Bogen-Köcher.
Sagittæ	Die Pfeile 15	
sunt vel	sind entweder	Cateja, f. 1. ein Flitsch-Pfeil.
Cateja,	Flitsch-Pfeile,	Sagitta hamata, ein Pfeil mit Wider-Hacken.
vel *Sagittæ hamatæ*	oder Pfeile mit Wider-Hacken,	Ala Sagittæ, die Feder am Pfeil.
cum *alis*,	und Federn,	

quæ

quæ ex *pharetra* (*theca sagittarum*) promtæ,	welche aus dem Köcher 16 genommen/	
nervo, cornibus arcûs affixo imponuntur & emittuntur.	auf die an beeden Enden des Bogens angemachte Senne 17 geleat/ und abgedruckt werden.	
* * *	* * *	
Arcus nimium tensus	Wann man den Bogen überspannt/	
rumpitur :	so bricht er :	
& *animus*, curis & laboribus plus æquo *oneratus*,	und das Gemüt, welches mit Sorgen und Arbeit allzuviel beladen wird,	
id *diu* sustinere *non valet*,	kan solches nicht lang ausstehen ;	
quare nonnunquam consulendum *paci* & *quieti* :	daher muß man sich bisweilen Ruhe und Friede schaffen :	
Hæc verò *quies* est *optima*,	Dieses aber ist die beste Ruhe,	Quies, f. 3. Ruhe.
cum *anima* ducitur *gaudio* in DEO,	wann die Seele sich in GOTT freuet,	
dum *corpus* in *oblectationis hora* vivit.	da der Leib eine Ergötzungs-Stund hat.	Oblectatio, f. 3. Ergötzung.

XCIX.

Tormentorum & Campanarum Fuſor.



Der Stück- und Glocken-Gieſſer.

Tormentum ære fusum ex ære fusili,	Das gegossene Stück 1	
tam interne quam externè *foratur*, (*terebratur*)	wird sowol inwendig als auswendig gebohret, 2	
politur, omnesque ejus partes quam accuratissimè *considerantur*,	poliret, und alle Theile desselben aufs fleissigste betrachtet,	
quippe quæ potissimum sunt:	als welche fürnemlich sind:	
Anima Tubi,	Die Seele oder der hole Theil des Lauffs, 3	
Pulveris Receptaculum,	die Cammer oder der Pulver-Sack, 4	
& *Tormenti Diametrus*,	und der Calibre oder die Weite des Stucks,	
Os Tormenti,	das Mund-Stück, Mund-Loch, 5	
Delphini & *Ansæ*,	die Delphinen und Handhaben, 6	
Apertura fomitis, *Tormenti lumen*, *tenue à tergo foramen*,	das Zünd-Loch, 7	
Tormenti tergum vel *Cauda*.	die hintere Schraube des Geschützes. 8	
Tormenta appellantur	Die Stücke nennet man	Tormentum murale vel obsidionale, eine Carthaune.
Tormenta muralia seu *obsidionalia*, *duplicata* & *dimidiata*,	gantze, doppelte und halbe Carthaunen, 9	Tormentum duplicatum, eine gedoppelte. Dimidiatum, eine halbe Carthaune.
Colubrinæ seu *Basilisci*, tam majoris modi, quam minoris,	Feld-Schlangen, sowol grosse als kleine, 10	Colubrina, f. 1. Basiliscus, m. 2. eine Feld-Schlange.

Cam-

Campestria, Castrensia Tormenta, vulgo *Falcones*,	Falckonete, Feld-Stücke, 11	Campestre, castrense Tormentum, Falco, m. 3. **ein Falckonet.**
Tormenta duplicaria,	Doppelhacken, 12	Tormentum duplicarium, **ein Doppelhacken.**
Curtissimæ formæ Tormenta,	Haubitzen, 13	Curtissimæ formæ Tormentum, **eine Haubitze.**
Ballistæ grandiferæ, Tormenta scrutorum grandine constipata, ferrea grandine fœta,	Stein- und Hagel-Stücke, Feuer-Katzen, 14	Ballista grandifera, **Hagel-Stück / Katze.**
Pyloclastra, Tormenta insititia, inductilia.	Petarden, Thor-Brecher. 15	Pyloclastrum, n. 2. Tormentum insititium, inductile, **eine Petarde.**
Nauticis Tormentis inductilibus	Der Schiff-Stücke, welche man leicht hin und her ziehen kan / 16	Nauticum Tormentum, **ein Schiff-Stück.**
utuntur adversus *Piratas*	bedient man sich wider die See-Rauber	Adversus, præp. **wider / gegen.**
aut in *Pugnis navalibus.*	oder in See-Schlachten.	Pugna navalis, **eine See-Schlacht.**
Catapultariis mortariis tam urbes quàm castra oppugnantur.	Mit Mörsern 17 werden sowol Städte als Läger beschossen.	Catapultarium mortarium, **Mörser / Feuer-Mörser.**
Campanarius, m. 2. *Campanarum fusor*, m. 3.	Der Glocken-Giesser, 1	
qui, ex ære caldario	welcher aus Glocken-Speise	Æs caldarium, **Glocken-Speise.**
Campanas fundit,	Glocken giesset / 2	Lævigatus, a, um, **glatt-gehobelt / glatt-gemacht.**
pingit *circulum*	reißt einen Circkel-Ring 3	
in lævigatum *asserem*,	auf ein glatt-gehobeltes Bret, 4	Asser, m. 3. & Assis, **ein Bret.**

& me-

& metitur ex eo *altitudinem* & *ambitum* campanæ, cui manum admovet.	und meßt hieraus die Höhe und Dicke der Glocken / welche er für die Hand nimmt.	
Ejus partes sunt:	Ihre Theile sind:	
Auriculæ,	Die Ohren, 5	Auriculæ, f. 1. die Glocken-Ohren.
Frons,	die Stirn, 6	
Corona,	der Schleyer oder die Krone, 7	
Margo fimbria,	der Saum, 8	
& *Pistillum ferreum*, *Clava*, *Rhopalum*, n. 2.	und der Schwengel oder Kolbe. 9	
Conficit etiam *magnas campanas* & *campanulas*, *tintinnabula*	Er macht auch groß und kleine Glocken	Campanula, f. 1. Tintinnabulum, n. 2. Glöcklein.
ad *argutum* & *numerosum tintinnabulorum crepitum*, *Campanarum argutis harmonicisque modis concitatiorem pulsum*, *Campanarum è templorum turribus musicos concentus*.	zum Glocken-Spiel. 10	Argutus & numerosus tintinnabulorum crepitus. Campanarum argutis harmonicisque modis concitatior pulsus. Campanarum è templorum turribus musicus concentus, das Glocken-Spiel.
* * *	* * *	
Campana noscitur ex *sono*;	Die Glocke kennet man am Klang;	
& *Cor*, an *integrum* sit in *Amore* erga DEUM,	und das Hertz, ob es aufrichtig sey in der Liebe zu GOTT /	
cum *tentatione* exercetur.	wann es angefochten oder versucht wird.	

C. Tor-

C.

Tormentorum Librator. Exploſor æneorum Tormentorum.



Der Conſtabel. Bombardierer.

Erectis, extructis *Tormentorum muralium locis, libratarum machinarum muralium sedibus, regionibus,*	Wann die Baterien 1 aufgerichtet/	Tormentorum muralium locis. Libratarum machinarum muralium sedes, regio, eine Baterie.
Tormenta adducuntur & locantur, struuntur, disponuntur,	werden die Stücke 2 aufgeführt und gepflantzet/	
pulvere pyrio, ferreoque globo instruuntur, &	geladen/ und	
sub *fenestellis jaculatoriis, ostiis ballistariis, latibulis jaculatoriis,*	unter den Schieß-Löchern, (Schieß-Scharten)	Latibula jaculatoria, Fenestelle jaculatoria, Ostium ballistarium, ein Schieß-Loch/ Schieß-Scharte.
vel in hostium *suggesta, aggeres tormentarios, sedes locandis machinis structas,*	entweder gegen der Feinde Stück-Schantzen, Baterien,	Suggestus, m. 4. & Suggestum, n. 2. Agger, m. 3. tormentarius. Sedes, f. 3. locandis machinis structa, eine Baterie.
Terreas munitiones, munitiunculas campestres,	Feld-Schantzen,	Terrea munitio, Munitiuncula campestris, eine Feld-Schantz.
aut alia *obsidionalia opera* & *munitiones trabeatas, castella lignea;*	oder andere aufgeworffene Wercke und Block-Häuser,	Munitio trabeata, Castellum ligneum, ein Block-Haus.
in *muros* etiam *urbium & arcium* diriguntur, obvertuntur,	auch wider die Mauren der Städte und Schlösser gerichtet/	
quo citius *mœnia tormentis labefactentur, pars mœnium tormentis prosternatur, diruatur.*	damit man bald Breche schiessen möge,	Tormento quassati muri labes. Murorum strages. Mœnium ruina, eine Breche, Sturm-Lucke.

Explo-

Explosor tormentorum, Balistarius, m. 2. abscondens se inter *Corbes loricales, Cratitias gerras, Vimineas loricas, Corbes terrâ oppletos*,	Der Constabel 3 welcher sich hinter den Schantz-Körben 4 verbirgt/	Corbis loricalis, Cratitiæ gerræ. Viminea lorica. Corbis terra oppletus, ein Schantz-Korb.
displodit, explodit, exonerat *Tormentum glande*, vel interdum *charteo ex arte globo, scloporum glandibus, catenis aliisque ferramentis infarto, duobus* quoque *globis ferreâ catenâ junctis* instructum,	schießt das mit Kugeln, oder bißweilen mit Cartetschen, auch Ketten-Kugeln, geladene Stuck ab/	Charteus ex arte globus, scloporum glandibus, catenis aliisque ferramentis infartus, eine Cartetsche. Duo globi ferreâ catenâ juncti, Ketten-Kugeln.
ope *Fomitis igniarii, Funiculi, Funalis, Funis igniarii.*	vermittelst des Zünd-Stricks. 5	Fomes igniarius. Funiculus, Funale, n. 3. Funis igniarius, ein Zünd-Strick.
Priusquam *Rutro* vel *Rutello pulverario*	Ehe er mit der Lad-Schauffel 6	Rutrum vel Rutellum pulverarium, Lad-Schauffel.
& *Clavâ stipatoriâ*	und dem Setz-Kolben 7	Clava stipatoria, Setz-Kolbe.
tormentum denuò temperat,	wieder ládet/	
illud *Virgâ peniculatâ* purgatur.	wird solches mit dem Wischer 8 ausgeputzt.	Virga peniculata, der Wischer.
Tormenta pugna acquisita, quæ avehi non possunt, *adactis clavis obstruuntur, obturantur, occluduntur, oppilantur, eorum lumina extinguuntur.*	Eroberte Stücke, welche man nicht fortbringen kan/ werden vernagelt. 9	

Læsa

Læsa Tormenta ex *armamento* (*canterio*) demittuntur (dejiciuntur) & vel reparantur, vel de novo conflantur.

Schadhaffte Stücke 10 werden von den Lavetten (Gestell) 11 abgehoben / und entweder ausgebessert / oder umgegossen.

Armamentum, n. 2. Canterium, n. 2. Lavette / Stück-Gestell.

Ex *Catapultariis mortariis* mittuntur *pyroboli*, *igneæ bolides*, *igniariæ glandes*; quibus *Urbes* & *Castella*, devastantur, vel ad deditionem subiguntur (sub deditionem rediguntur.)

Aus den Mörsern 12 werden Bomben geworffen / 13 wodurch Städte und Schlösser verwüstet / oder sich zu ergeben gezwungen werden.

Pyrobolus, m. 2. Ignea Bolis, f. 3. Igniaria Glans, eine Bombe.

* * *

Ne muralis canna fervefacta in ipso jactu *rumpat* (ne *fistula*, dum exploditur, *disrumpat*.) *aceto* & *aqua* illa refrigeratur: *Optimum remedium* refrigerandi *animum vindicta incensum*, est *memoria* JESU *patientis*, quem *imitari* debemus, quippe qui non solum pro *inimicis* suis, Eum *aceto* & *felle* potantibus, *intercessit*, sed etiam *sanguinem* & *aquam* pro totius mundi peccatis *effudit*.

Damit das erhitzte Stuck nicht zerspringe, wird es mit Eßig und Wasser abgekühlet: Das beste Mittel, das Rach-erhitzte Gemüt abzukühlen / ist die Erinnerung des leidenden JEsu / dem wir nachfolgen sollen / welcher nicht allein für seine Feinde, die Jhn mit Eßig und Gallen geträncket / gebeten, sondern auch Blut und Wasser für die Sünden der gantzen Welt fliessen lassen.

Jactus, m. 4. Emissio, f. 3. Tormenti, ein Stuck-Schuß /

CI.

Igniariæ Structuræ Artifex.



Der Feuerwercker.

Hic conficit non solum *Pyrobolos, igneas bolides, igniarias glandes,*	Dieser verfertiget nicht allein Bomben, 1	
Pilas incendiarias,	Feuer=Ballen, 2	Pila incendiaria, ein Feuer=Ballen.
Igniarias glandes missiles, Punicas ignivomas,	Granaten, 3	Igniaria glans missilis, Punica ignivoma, eine Granate.
in usum eorum, qui igniarium glandium vibratores, jaculatores, libratores dicuntur;	für die Granadierer:	Igniarium glandium vibrator, jaculator, librator, ein Granadierer.
sed etiam omnium generum *ignes artificiosos*, utpote:	sondern auch allerhand Feuerwercke, als:	
Ardentia sulfurati pulveris jacula, missilia ignita, tubulos sive *radios nitratos,*	Raqueten, 4	Ardens sulfurati pulveris jaculum, Missile ignitum, Tubulus sive Radius nitratus, eine Raquete.
qui *paxillis (bacillis)* appensi, admoto igniario funiculo,	welche/ an Stecken gebunden/ wann sie angezündet werden/	
tepentè *in sublime feruntur,*	schnell in die Höhe fahren, 5	
mox verò, non aliter,	aber bald wieder/	
ac si superbiam lugerent,	als wenn sie ihren Hochmut betaurten/	
sonoro cum bombo,	mit Knallen/	Sonorus, a, um, laut=thönend/ laut.
in scintillis decidunt.	in Funcken herab fallen, 6	

Pari modo valedicunt oculis ſpectatorum	Auf gleiche Weiſe neh men ihren Abſchied von der Zuſeher Augen	
Pyroboli decumani, Sphæræ ignivomæ, quæ, ſupremo in aëre,	die Spreng-Ku-geln, 7 welche/ hoch in der Lufft/	Pyrobolus decumanus, Sphæra ignivoma, eine Spreng-Kugel.
tumultu grato detonantes, diſſiliunt.	mit angenehmen Praſſeln/ zerſpringen.	
(*Globi*) *Sphæræ fartura nitri & piceæ materiæ fœti (æ) in aquas injectæ*	Die Waſſer-Ku-geln 8	
luctantur cum hoc elemento ignis adverſario,	ſtreiten mit dieſem dem Feuer widrigen Element/	
& evomunt, ope camphoræ, quam continent,	und ſtreuen/ vermittelſt des Gampfers/ den ſie bey ſich führen/	Camphora, f. 1. Gampfer.
multas *candelas natantes.*	viel ſchwimmende Lichter aus. 9	
Rotulæ, Rotellæ ignivomæ celeriter circumaguntur.	Die Feuer-Rädlein lauffen luſtig herum.	
Nominum characteres & Inſignia	Namens-Buchſtaben und Wappen 10	Inſignia, n. 3. pl. Wappen.
effulgent diverſis coloribus.	brennen in unterſchiedlichen Farben.	
Quid? quod *Pyrotechnites, Pyrotechnicus,* repræſentat *Caſtella & Statuas,*	Ja/ was noch mehr iſt/ der Feuer-Künſtler ſtellet Schlöſſer und Bilder vor/ 11	

ex

ex quibus variæ *artificiosæ flammæ* erumpunt;	aus welchen allerhand Kunst-Feuer fahren; 12	
distribuit etiam quibusdam *gladiatoribus flammivomos gladios*,	Er reichet auch einigen Fechtern feurige Schwerdter, 13	Flammivomus gladius, ein feuriges Schwerdt.
quibus aërem verberant.	womit sie in die Lufft streichen.	
Ut turba & stipatio hominum abarceatur,	Daß man dem Gedräng der Leute wehre /	Turba & Stipatio, f. 3. das Gedräng.
Ericii militares, seu *Cervi*, *Trabes aculeis confixæ*, *asperatæ*, *horrentes*, *versatiles* circumponuntur:	werden Spanische Reuter 14 umher gelegt:	Ericius, m. 2. militaris, Cervus, m. 2. Trabs & Trabes, f. 3. aculeis confixa, asperata, horrens, versatilis, ein Spanisch- oder Frisischer Reuter.
nihil verò citius submovet turbam, quam *Pyroboli hinc inde discurrentes*, *transversim ultro citroque volantes*.	nichts aber macht eher Platz / als die Schwärmer. 15	Pyrobolus hinc inde discurrens, transversim ultro citroque volans, ein Schwärmer.

* * *	* * *
Similes sunt tyranni *Pyrobolis hinc inde discurrentibus*,	Tyrannen sind den Schwärmern gleich,
furunt & feriunt tam *nocentes* quam *innocentes*,	sie wüten und treffen sowol Schuldige als Unschuldige,
& dum multis *terrorem incutiunt*,	und indem sie viele erschrecken,
extinguuntur cum *terrore*.	nehmen sie ein Ende mit Schrecken.

CII.

Bellicorum operum Machinator. Bellicarum munitionum Designator & Opifex.



Der Ingenieur.

Ejus-

Ejusmodi viri *Experientia* in bello *maxime utilis* est:	Eines solchen Mannes Erfahrenheit ist im Krieg sehr nutzlich:	
ab eo enim constituitur *Castrametatio*, f. 3.	denn durch ihn wird angeordnet die Formirung oder Schlagung des Lagers, 1	
qui etiam *Stativa*,	welcher auch das stillliegende Lager,	Stativa, n. 2. pl. Stativa castra, stillliegendes Lager.
ne hostis ea invadat, tendet, impressionem in ea faciat,	damit der Feind nicht darein falle/	
vallo munit, lorica castrorum cingit, vallum castris circumdat.	verschantzt. 2	Lorica castrorum, eine Schantz um das Lager.
Consulit commodis *castrorum, urbium & castellorum*, variis *Propugnaculis*,	Er nutzt Lägern, Städten und Vestungen, durch allerhand Bollwercke,	
in quorum numero sunt:	als da sind:	
Opera coronata & cornuta,	Kron- und Hornwercke, (Corne Couronne) 3	Opus coronatum, Kron-Werck. Opus cornutum, Horn-Werck.
Peribolus, m. 2. *Muri lorita lapidea, Propugnaculi lorica terrea*,	Brust-Wehr, (Barapet) 4	
Propugnaculum,	Pastey, (Bastion) 5	
Frons plana muri, aggeris frons.	Cortin, Fläche der Mauren zwischen zweyen Bollwercken, (Courtine) 6	
Muralis fossæ interior lorica, extimus agger, exterius labrum,	Contrescarpe, Gegenwehr, auswendig an dem Graben einer Vestung, 7	

Imi muri declivitas, fastigatus imus paries, declivis in imo murus,	die Abdachung der Mauer, (Glacis) 8	
Dimidiata luna, procurrens portæ propugnaculum, obliqui excursus portæ munitio, munimentum, portæ præstructum,	Halber Mond, (Ravelin) 9	
Structa in forcipem munitio, forcipis specie sinuosum propugnaculum,	Zangen-Werck, Schantz wie eine Zange eingeworffen, (Tenaille) 10	
Opus stellatum.	Stern-Werck, Stern-Schantz. 11	
Dexteritate ejus	Durch seine Geschicklichkeit	
Fossæ castrenses, Fossæ militares, Castrensia valla aperiuntur,	werden die Tranchéen (Lauf-Gräben um ein Feld-Lager) 12 geöffnet/	Fossa castrensis, militaris, castrense vallum, ein Lauf-Graben ums Lager/ Tranchée.
& *valli sudibus, stipitibus cuspidatis vallo præfixis, palorum munimine* muniuntur:	und mit Palissaden umsetzt; 13	Valli sudes, f. 3. Stipites cuspidati vallo præfixi, Palorum munimen, n. 3. Palissaden.
promovet etiam *accessus obsidionales (appropinquationes operum) fossiles vias,* quibus *exercitus* mœnibus *accedit,*	er leget auch die Approchen (Lauf-Gräben bey einer Belagerung) an/ wodurch sich die Armee den Mauren nähert, 14	Accessus, m. 4. obsidionalis, Appropinquatio operum, Fossilis via, Approche.
contra quos *excursus, procursus obsessorum* ducuntur.	gegen welche Contr'Approches (Lauf-Gräben aus der Stadt) gemacht werden. 15	Excursus, m. 4. Procursus obsessorum, Contr' Approchen.
Parietum suffossionibus, murorum effossionibus	Mit Sapen (Untergrabung der Mauren)	Parietis suffossio, Muri effossio, *Sape*, Mauren-Untergrabung.

& *Cu-*

& *Cuniculis expugnationem urbis* alicujus *faciliorem* reddit,	und Minen macht er die Erobe-rung einer Stadt leichter,	
aut defendit eam *Vineis, pluteis, cryptis muralibus, subterraneis cameris tuendis muris ac fossis, cæcis cryptis propugnaculis prætensis.*	oder defendirt sie mit Galerien, und Casematen / Blinden Gräben, Mord-Gruben. Ein Gewölb unter dem Wall / so Schieß-Löcher hat / den Stadt-Graben damit zu beschiessen.	Vinea, f. 1. Pluteus, m. 2. eine Galerie / verdeckter Gang unter der Erden / wann eine Stadt belagert ist. Crypta muralis. Subterranea camera tuendis muris ac fossis. Cœcæ cryptæ propugnaculis prætense, eine *Casemate.*

* * *

Bellicorum operum machinator,	Ein Ingenieur,	
qui *Geometriæ* gnarus,	welcher die Erd-Meß-Kunst wol verstehet /	
arcet hostem variis modis:	wehrt dem Feind auf mancherley Weise:	
Nihil melius ac validius tuetur *cor* à *peccatis* & *vitiis*,	Nichts hält mehr und kräfftiger Sünden und Laster vom Hertzen ab /	
quam *quotidiana pœnitentia*,	als die tägliche Busse,	
quæ probè demetitur *brevem vitam*, & nos expectans *sepulchrum*, *severam justitiam* & *neglectam gratiam* DEI.	welche wol abmißt das kurtze Leben, und das auf uns wartende Grab, die strenge Gerechtigkeit und die verschertzte Gnade GOTTES.	

CIII.
Cunicularius. Der Minier.



Simulac *Cunicularius* incepit	So bald der Minier 1 angefangen	
cuniculum agere (suffodere terram)	sich einzugraben / (die Mine zu graben /)	Cuniculus, m. 2. eine Mine.
pergit hoc opere occulto,	fährt er mit solcher Arbeit fort /	
donec ad eum locum perveniat,	bis er an denjenigen Ort gelangt /	
quem evertere (subruere) cupit.	welchen er sprengen will.	
Ibi construitur castrensis operæ *furnus*,	Allda macht man den Ofen, 2	
cujus solum *asseribus* tegitur,	dessen Boden mit Brettern belegt wird / 3	
huic imponuntur *dolia* pulvere pyrio *plena*,	auf diesen setzt man mit Pulver angefüllte Tonnen, 4	
cum insperso *fomite nitrato*.	mit dazwischen gestreuetem Zünd-Pulver.	Fomes nitratus, Zünd-Pulver.

Furnus obstipatur (obstruitur) firmiter à tergo:	Der Ofen wird hinten fest vermacht:	
hoc facto;	wann dieses geschehen/	
applicatur funale, funis igniarius *fistulæ*,	legt man den Lunten an die Röhre, 5	
qui, *constituto tempore*, operatur.	welcher/ zu bestimmter Zeit, würcket.	
Vigil adversarius	Der muntere Gegen-Theil	
conatur cuniculum *difflare*,	sucht die Mine zu entdecken, eröffnen,	
aut cuniculo adverso hostilem cuniculum *recludere*, *cuniculum fossione adversa hostilem excipere.*)	oder zu contraminiren.	
* * *	* * *	
Pravæ affectiones & *cupiditates*	Böse Lüste und Begierden	Pravus, a, um, Böß.
sunt *suffossiones* Satanæ,	sind des Satans Minen,	Suffossio, f. 3. eine Mine.
quibus studet,	wodurch er trachtet/	
ut cor subruat, illudque *gratia* DEI *excidat*:	daß er das Hertz umkehre, und aus der Gnade GOttes bringe:	
Vigila igitur,	Darum sey wachsam,	
atque has insidias tenebrarum opportunè *diffla*,	und entdecke solche Nachstellungen der Finsternus zeitlich/	
indefessa cordis *probatione*.	durch unermüdete Hertzens-Prüfung.	

CIV.

CIV.

Tympaniſta vel Tympaniſtes.



Der Tambour, Trommelſchläger.

Hic

Hic operam navat *sclopetariis*;	Dieser 1 dienet bey den Musquetierern,	Sclopetarius, m. 2. ein Musquetierer.
equitibus catapultariis,	Dragonern,	Eques catapultarius, ein Dragoner.
& *integro peditatui*, *pedestribus copiis*;	und der gantzen Infanterie;	Peditatus, m. 4. Pedestres copiæ, Infanterie / Fuß-Volck.
dum *catervas militares*, *militum manipulos* (*globos*) de aliqua re monet,	indem er entweder die Troupen an etwas erinnert /	Caterva militaris, Militum manipulus, Globus, ein Troup.
aut *hosti* aliquid proponit,	oder dem Feind etwas vorträgt /	
& hoc dicitur, *tympani signo ad Colloquium* obsessos aut obsidentes *evocare*.	und heißt dieses / die Chamade schlagen. 2 (das Zeichen zur Unterredung bey den Belagerten oder Belagerern geben.)	Signum tympani ad colloquium, die Chamade.
Cæterum *militi* audiendum est attento animo, cum *tympanum* canit, *tympano* concrepatur, canitur,	Im übrigen muß der Soldat fleißig darauf merken / wann die Trommel gerührt wird /	
quid significet:	was sie wolle:	
Nam *Tympanista*	Dann der Trommelschläger	
vel *agminis profectionem* tympano canit,	schlägt entweder den March,	
vel dat tesseram, ad *indicendum incessum* ad *pleniorem gradum*; vel ad *supprimendum gressum*.	oder das Zeichen / geschwind zu marchiren, oder still zu halten.	Tympani tessera, das Zeichen mit der Trommel.
Si tempus adest in hostem irruptionem faciendi,	Wenn es Zeit den Feind anzugreiffen /	
indicit id tympani *crepitu classico*.	zeigt er solches an durch Schlagung der Charge.	

Facto prælio *receptum* canit.	Nach gehaltener Schlacht/ schlägt er zum Abzug.	
Tympanum *præproperè præcipitanter quatit* ad milites celeriter convocandos,	Die Fricasée (Tumult) schlägt er die Soldaten eilends zusammen zu beruffen/	
si *splendido loco vir, illustri conditione vir, multa dignatione vir, inopinato (ex inopinato)* stativos custodes, stationarios vigiles, stativum præsidium, (excubias, custodiam) *præterit*,	wenn eine Person von fürnehmen Stand unversehens bey der Corps de Garde (Haupt-Wache) vorbey gehet, 3	Inopinato. Ex inopinato, unversehens. Stativi custodes. Stationarii vigiles. Stativum præsidium, die Haupt-Wache. Corps de Garde, so aus Leuten bestehet.
aut quando militibus *ad locum, ubi milites sub armis conveniunt*, eundum est.	oder wenn die Soldaten auf die Parade gehen sollen. 4	Excubiæ, f. plur. Custodia, f. 1. Haupt-Wache/ oder der Ort/ wo die Soldaten sind. Locus, ubi milites sub armis conveniunt, Parade, Sammel-Platz/ wo die Soldaten mit ihrem Gewehr zusammen kommen.
Interdum etiam *Panicô* excitantur milites.	Bisweilen wird auch blinder Lermen gemacht.	
In præsidiis datur tympano signum *quartæ vigiliæ, illucescente die*,	Die Tag-Wacht (la Diane) wird in Garnisonen bey anbrechendem Tag geschlagen/	
in obsessionibus verò sequitur hoc signum *prima* tormentorum *explosio*.	in Belagerungen aber folgt die erste Lösung der Stücke darauf.	
Constitutis *Conquisitionibus*, ubi *Conquisitor* tirones pecunia aucupari amat,	Bey angestellten Werbungen, da der Werber 5 mit Geld zu fangen pflegt/	Conquisitio, f. 3. Werbung. Conquisitor, m. 3. Werber.

tympano milites conquiruntur, colliguntur, conscribuntur, (copiæ comparantur)	wird das Volck mit dem Trommelschlag zusammen gebracht / 6	
ex quibus vel legio, (phalanx)	aus welchen man entweder ein Regiment /	
vel jugis militiæ legio, perpetui muneris ac stipendii legio formatur,	oder ein Regiment / das stets stehen bleibt / aufrichtet /	
vel his *Supplementis* exercitus augetur, (novorum militum numerus adjungitur legionibus.)	oder mit solchen Recruten (Recreües) (neu-geworbenen Völckern) den Abgang der Regimenter ersetzt.	Supplementum, n. 2. Milites novi. Copiarum accessio, f. 3. Neugeworbene Völcker. Recreües.
* * *	* * *	
Morosus homo,	Ein unfreundlicher wilder Kopf,	
qui, levissimo digito tentatus,	der / wenn man ihn nur unsanfft anrühret /	
mox *altum vocifera- tur*,	gleich einen Lermen macht,	
instar *Tympani* permodicè bacillo ligneo tusi,	wie die Trommel, wann sie nur ein wenig der Schlegel angreifft /	Bacillus tympani ligneus, der Trommel-Schlegel.
omnibus odio est:	ist bey jedermann verhaßt:	
Humanitas contra in *curru honoris* sedens,	Die Freundlichkeit hingegen sitzt auf dem Wagen der Ehre,	
multorum corda in *triumpho* secum ducit.	und führt vieler Hertzen im Triumph mit sich.	

CV.

Sclopetarius & Haſtatus, Sariſſophorus.



Der Muſquetirer und Piquenirer.

Sclope-

Sclopetarius condocefactus	Der Muſquetier, 1 ſo abgerichtet worden /	
ſcitè tractare *arma*,	wie er mit dem Gewehr umgehen/	
ſiniſtrorſum & lævorſum ſe vertere,	ſich Lincks und Rechts wenden ſoll /	
quomodo *ordines* vel contrahendi, vel diducendi, obliquandi,	wie die Glieder entweder zu doppeln/ oder auseinander zu ziehen/ überzwerch zu kehren/	
quomodo de ſtatione recedendum & ad eandem redeundum,	wie man ſoll von den Gliedern heraus tretten / und wieder an gehörigen Ort ſich ſtellen/	
Spatia & intervalla ordinum obſervanda,	die Weite zwiſchen den Gliedern halten/	
Diſceſſiones ſive adventantium, ſive recedentium, & mutui occurſus faciendi;	einander ausweichen;	
Vigilias agit, excubat, ſtat in *Vigiliis*,	thut ſeine Wacht, 2	
vel in *Caſtris*,	entweder im Feld, 3	
vel eſt *portæ vigil, excubitor*.	oder unter dem Thor. 4	
Tempeſtate turbulenta	Wann es wittert /	Tempeſtas, f. 3. Witterung.
ſuccedit ad *ſpeculam*.	gehet er in das Schilder-Häußlein, Wacht-Häußlein. 5	Turbulentus, a, um, unruhig/ entrüſtet/ betrübt.
A *ſtatione* diſcedere non licet,	Von der Wacht darf er nicht gehen /	Specula, f. 1. das Schilder-Häußlein.
donec ea *ſolvatur*, (*alius excubitorem à ſtatione liberet*)	bis er abgelöſet wird, 6	

tunc *Vigilias* alteri *tradit.*	alsdenn gehet er ab.	
Tessera, *Vigilium tessera*, *signum tesserarium*, *tesseraria vox*,	Das Wort oder die Losung,	
quam (quod) *à Duce* accepit, sumsit,	welches er von dem Obersten empfangen /	
ei reddenda est, efferenda, enuncianda,	muß er geben /	
& *Vigiles ambulatorii*, (*excurrentes excubiæ*, *exploratorii excubitores*) custodias circumeuntes, lustrantes,	wann die Runde, (Patrouille) 7 welche die Wachten besucht /	Vigil ambulatorius, Excurrentes excubiæ, Exploratorii excubitores, die Runde / Patrouille.
accedunt, & *tesseram* poscunt, postulant,	kommt / und das Wort, oder die Losung fordert.	
Vigiles conclamatæ salutis, *extimæ Vigiliæ*, *agrariæ stationes*,	Die verlohrne Schildwacht	
in *locis periculosissimis* collocantur, statuuntur.	wird an den gefährlichsten Orten ausgestellt.	
Miles custos & Tutor datæ fidei,	Salva Guardia (Sauvegarde) 8	
hostilibus terris præficitur,	wird denen feindlichen Oertern gegeben /	Hostilis, e, feindlich.
quas tuentur,	welche man beschützet /	
ne invadantur, aut hospitia ibi assignentur.	daß sie nicht überfallen / noch Völcker allda einquartiert werden.	Hospitium, n. 2. Herberg / Quartier.

Milites

Milites hastâ, sarissâ, armati,	Die Piquenierer, 9	Miles hastâ (sarissâ) armatus, ein Piquenirer.
qui interdum *hastâ* ludicrum certamen edere, *sarissam* torquere, vibrare, informantur,	welche bisweilen mit der Pique spielen lernen/	
hostium impetum ferunt, frangunt, retardant,	thun dem Feind Widerstand/	
dum in equitatum *sarissas intentant,*	indem sie die Pique gegen die Reuterey sincken lassen, 10	
& non solum *Sclopetarios,*	und nicht allein die Musquetirer,	
sed & *vexilla* (*signa*) atque *impedimenta* tegunt.	sondern auch die Fahnen und Bagage bedecken.	
* * *	* * *	
Achillea hasta,	Eine gewisse Schutz-Wehr,	
quâ *calumniæ impetus* propulsantur,	wodurch die Anfälle der Verleumdung abgetrieben werden/	
est *recta honestaque vita,*	ist ein fromm und erbares Leben,	
falsa *convincens.*	welches alle Unwarheiten zu Schanden macht.	

CVI.
Vexillarius. Vexillifer. Signifer.
Der Fähndrich.



Vexillarium, *Vexillife-rum* sequuntur, qui sacramento militari se devinxerunt, cum copiæ *passis vexillis* (*signis erectis*) procedunt, vel signa infesta hostibus inferuntur.	Dem Fähndrich 1 folgen/ die zum Fahnen geschworen haben/ wenn man mit fliegenden Fahnen 2 fort= oder gegen dem Feind ziehet.	Sacramentum militare, Fahnen=Eyd. Vexillum, n. 2. Signum, n. 2. ein Fahne. Passus, a, um, ausgebreitet/ ausgestreckt. Erectus, a, um, aufgerichtet/ aufrecht.
Vice Signiferi tenet vexillum *Antesignanus*,	Statt des Fähndrichs hält der Fahnen=Juncker 3 den Fahnen,	
qui illud Vexillario tradit,	welcher solchen dem Fähndrich wieder in die Hand giebt/	
& ejus loco *bipennem*, *hastam securiclatam* comprehendit.	und dafür die Helleparten 4 ergreifft.	Bipennis, f. 3. Hasta securiclata, eine Helleparte/ Partisan.

Signo

Signo supino, *Vexillo demisso*,	Mit niedergelassenem Fahnen 5	
Signifer aliquid proponit,	bringt der Fähndrich etwas vor /	
aut præbet se deprecatorem pro periculo vel pro salute alicujus;	oder legt eine Fürbitt ein;	
& *vibrat vexillum* supra eos;	und schwingt den Fahnen über diejenige / 6	
qui *pœnas* dederunt, persolverunt.	welche ihre Straffe ausgestanden haben.	
Equestre vexillum, (*equestre signum militare*)	Die Standart, (Reuter=Fahne) 7	
Equiti vexillario, *equestris turmæ*, *signifero*, *vexillifero*, *equitum* concreditur,	wird dem Cornet anvertrauet /	Eques vexillarius, Equestris turmæ Signifer, Vexillifer equitum, ein Cornet.
qui, cum prælium datur,	welcher / wenn eine Schlacht geliefert wird /	
stationem suam habet à fronte equestris agminis, equitum turmæ, equestris aciei.	seinen Posten vorn an der Escadron hat.	
* * *	* * *	
Jurat *Vexillifer*, *se vexillum* servaturum,	Der Fähndrich schwöret / über den Fahnen zu halten /	Equestre agmen, Equitum turma, Equestris acies, eine Escadron, Squadron / ein Troup Reuter.
ne illud in *hostium manus* perveniat.	daß er nicht in der Feinde Hände komme.	
CHRISTO te devinxisti per *Baptismum*;	Du hast durch die Tauf Christo geschworen:	
cave, ne *fidem* & *bonam conscientiam* perdas,	siehe zu / daß du nicht Glauben und ein gutes Gewissen verlierest /	
quæ Christianorum *victoriæ vexillum* sunt.	welche das Siegs=Panier der Glaubigen sind.	

CVII.

Tubicen. Æneator.



Der Trompeter.

Edoctus *Tubicen*	Der ausgelernete Trompeter I	
officia præstat tam in *aula*, quam in *bello*;	dienet sowol bey Hof, als im Krieg;	
inde eum etiam peritum esse oportet omnis tesseræ ac imperii canendi.	daher muß er auch allerhand Arten zu blasen wissen.	
Classico ad ephippia canit,	Porcell (Butte-selle) bläst er /	Classicum, n. 2. Porcell / das Blasen zum Aufbruch.
cum equitatus admonetur de imperata discessione, profectione.	wann der Cavallerie zu wissen gemacht wird / es sey Ordre zum Aufbruch da.	Discessio, f. 3. der Aufbruch.
Sequitur post *tesseræ* ad *equos*.	Hierauf folgt das Blasen zu Pferd.	
Equestri agmine *iter* adversus hostem ingrediente, dat ille signum *profectionis*,	Wann die Escadron zu marchiren anfängt / bläßt er den March,	Profectio, f. 3. Procedentis iter exercitus, der March.
& *bellicum conflictum* canit, *classico* ad *conflictum* concinit,	und die Charge, oder zum Treffen, bläst er /	
si cum *hoste* confligitur, *acie* congreditur, *signa* conferuntur, *prælium* committitur;	wann der Feind angegriffen / (eine Schlacht geliefert) wird;	
Receptui vel *receptum* verò canit,	zum Abzug aber /	Receptus, m. 4. Abzug.
cum tempus est recipiendi se.	wann es Zeit ist sich zu retiriren.	

Urbis vel *arcis* obsidione cinctæ detitionem	Belägerte Städte oder Vestungen, 2	
Imperator, exercitui Præfectus	fordert der General	
misso *æneatore* deposcit:	durch einen Trompeter auf: 3	
dato igitur *signo accinentis Tubæ* ad evocationem,	wann nun die Antwort auf solche Aufforderung erfolgt /	Signum accinentis tubæ ad evocationem, die Antwort auf die Aufforderung.
Obsessores & *Obsessi* conditiones de *arce dedenda* utrinque ferunt.	handeln die Belagerer und Belagerten von der Ubergabe des Orts.	
Extremæ ad Gallicinium *vigiliæ*	Die Tag-Wache	Extremus, a, um, äusserst / letzte. Gallicinium, n. 2. Hahnen-Geschrey. Vigilia, f. 1. Nacht-Wache.
Buccinæ cantu annunciantur.	wird durch den Trompeter angekündiget.	
Clanculum (*occultè*) buccinam inflat,	Sourdine bläßt er	
itinere occultè suscipiendo:	bey still vorzunehmenden March:	
Tubarum clangor, *clangentium Tubarum sonitus* auditur	Die Fanfare hört man	
in *publicis gaudiis*.	bey öffentlichen Freud-Bezeugungen.	

Pax

Pax	Der Friede wird	
Tubicine	durch den Trompeter	
divulgatur, evulgatur,	ausgeblasen, 4	
qui ante,	welcher zuvor/	
castrensi buccinâ, militari tubâ,	durch die Kriegs-Trompete,	Militaris Tuba, Castrensis Buccina, die Kriegs-Trompete.
multis locis terrorem incussit.	vielen Oertern Schrecken eingejaget hat.	
* * *	* * *	
Tubicinis *spiritu* repleta *Tuba*,	Die mit dem Athem des Trompeters erfüllte Trompete,	
sonum, pro lubitu ejus, *edit:*	gibt einen Laut, nach dessen Willen/ von sich:	
DEUS *Spiritum* suum in *corda nostra* dedit,	GOTT hat seinen Geist in unsere Hertzen gegeben/	
æquum igitur est,	darum ist es billig/	
ut id *instinctum Ejus* sequatur,	daß solches dessen Trieb folge/	
& *Laudis & Gloriæ* DEI *Tuba* fit.	und eine Trompete des Lobs und der Ehre GOTTES sey.	

CVII.

Scenopegus. Der Zelt-Schneider.



Olim *Tabernacula* sive *Tentoria* ex *pellibus* & *corio* parabantur,	Vorzeiten wurden die Zelte aus Fellen und Leder gemacht/	Tabernaculum, n. 2. Tentorium, n. 2. ein Zelt/ Gezelt.
hodiè consuit ea *Scenopegus* plerumque ex *linteis crassioribus*, & *spissioribus*,	heutiges Tages macht sie der Zelt-Schneider 1 insgemein aus Zwillig/	Linteum crassus & spissius, Zwillig.
quæ deinde	welche hernach	
tendiculis & *funibus* munita,	mit Zelt-Stangen und Seilen 2 befestiget/	Tendicula, f. 1. eine Zelt-Stange.
ponuntur, *locantur*, *tenduntur*, *eriguntur*.	aufgeschlagen werden. 3	

Non

Non solum *militibus* in *castris* magno usui sunt,	Sie sind nicht allein Soldaten im Feld sehr nutzlich/	
sed & commodis *Principum* accommodata,	sondern auch Fürstlichen Personen gar dienlich/	
cum *Venatu* jucundissimè vivunt.	wann sie sich mit Jagen ergötzen.	Venatus, m. 4. die Jagd.
Tentoriis utuntur pariter *telis* se exercentes *Ballistarii*,	Der Zelte bedienen sich gleichfalls die im Schiessen sich übende Büchsenmeister, 4	
quibus *Tympanista pygæus* famulatur & gesticulatur.	denen der Pritschenmeister (Pritschenschlager) 5 aufwartet und Possen macht.	
* * *	* * *	
Ubi *divitiæ* sunt, ibi *felicitas tentorium* suum collocat:	Wo Reichthum ist/ da schlägt zwar die Glückseeligkeit ihr Zelt auf:	Divitiæ, arum, f. plur. Reichthum.
id verò facilè *calamitatis turbine* everti potest.	solches kan aber leicht durch einen Unglücks-Sturm umgeworffen werden.	

CIX.

Poëta.



Der Poet.

Heroës olim *Poëtas* in bello secum ducebant, ut hi *Versibus* exprimerent eorum *res* præclarè *gestas.*	Helden führten ehedessen die Poeten im Krieg mit sich / daß diese in Versen vorstellten jener rühmliche Thaten.	
Bonus & ingeniosus *Poëta* vero varia componit	Ein guter und sinnreicher Poet 1 aber macht allerhand	Ingeniosus, a, um, scharffsinnig.
Carmina & *Odas*,	Gedichte und Lieder, 2	Ode, es, vel Oda, æ, f. 1. ein Gesang.
Anagrammata,	Letter- oder Buchstaben-Wechseln,	Anagramma, n. 3. Buchstab-Wechsel.
Epigrammata,	kurtze Auf- und Uber-Schrifften, scharfsinniger Sentenz in Verse gebracht /	
Gallicos rythmos reciprocos (reciprocantes, consectarios)	Rondeaux, Ringel-Oden, Ringel-Gebände,	Gallicus rythmus reciprocus, reciprocans, consectarius, Rondeau, Ringel-Ode.
Chronosticha,	Zahl-Gebände,	Chronostichon, n. 2. ein Zahl-Gebänd.
Tetradecasticha vel brevia illa Carmina, quæ Galli *Sonneta* vocant,	Sonnete, Kling-Gedichte;	Tetradecastichon, n. 2. Sonnet.
Carmina agrestia.	Madrigalen.	Carmen agreste, Madrigal.
Secundum materiæ argumentum quædam vocantur:	Nach dem Innhalt der Materie werden etliche genennet:	
Epithalamia,	Hochzeit-Carmina, oder Hochzeit-Wünsche,	Epithalamium, n. 2. Hochzeit-Wunsch.
Epicedia,	Leich-Gedichte, oder Leich-Carmina,	Epicedium, n. 2. Leich-Gedicht.

Threni,	Klag-Lieder,	Threnus, i, m. 2. Klag-Lieder.
Epitaphia,	Grab-Schrifften,	
Propemptica,	Reis-Glückwünsche,	Propempticum, n. 2. Reiß- oder Valet-Glückwunsch.
Epinicia,	Siegs-Glückwünschungen,	Epinicium, n. 2. Siegs-Glückwunsch / Triumph-Lied.
Eclogæ,	Feld- oder Hirten-Gedichte,	Ecloga, f. 1. Feld- oder Hirten-Gedicht / Hirten-Gespräch.
Satyræ, vitia & mores perstringentes.	Straff-Schrifften, welche die Laster und böse Sitten durchhecheln.	Satyra, f. 1. Straff-Schrifft.
Diligentis Poëtæ caput *laurea corona* cingitur.	Dem fleißigen Poeten wird eine Lorbeer-Krone aufgesetzt. 3	
Corona Poëtarum olim *triplex* erat:	Die Krone der Poeten war ehedessen dreyerley:	
Hedera enim *Lauro* vel *Myrto*, coronabantur,	denn sie wurden mit Ephen, Lorbeer, oder Myrthen gekrönet /	
ut *Baccho*, *Apollini*, *Veneri* sacri:	als die dem Baccho, Apollini, oder Veneri gewidmet waren:	
& qui in *Certamine Poëtarum* vinceretur, is detractam sibi coronam dabat *Vincenti*.	und gab der / so in einem Wett-Streit 4 überwunden ward / die ihm abgenommene Krone dem Uberwinder. 5	
Persici Poëtæ	Die Persische Poeten 6	
agnoscuntur ex eorum *vestitu*:	kennet man an ihrer Kleidung.	

Ein-

Latin	Deutsch
E cingulo, quo cincti sunt,	An dem Gürtel 7 womit sie umgürtet sind/
pendet *pera*, quæ continet *Libros*, *Chartam*, & *Atramentarium*,	hängt eine Tasche, 8 worinnen Bücher, Papier, und Dinten-Faß,
quo è vestigio, efflagitatu unius alteriusve,	damit sie gleich/ auf eines oder des andern Begehren/
quoddam *poëmatis genus* condant, (conficiant, fundant.)	Verse schreiben mögen.

Cingulus, m. 2. & *Cingulum*, n. 2. ein Gürtel.



* * *

Latin	Deutsch
Quia *Veri Poëtæ*	Weil rechtschaffene Poeten
cœlesti igne pleni sunt;	voll von himmlischen Feuer sind;
meritò *Scriptis* eorum ut *Stellæ*,	leuchten sie billig durch ihre Schrifften, wie Sterne,
aliis ad *Virtutem* prælucent,	andern zur Tugend vor/
sacrificantque pennam *Veritati*, non *Adulationi*.	und opffern ihre Feder der Warheit, und nicht der Heucheley.
Isti verò, qui *Poëmatibus* suis *chartam* & *animum* inquinant,	Diejenigen aber/ welche mit ihren Gedichten Papier und das Gemüt besudeln/
abducunt *corda Juventutis* à *pietate*,	verführen die Hertzen der Jugend von der Gottesfurcht,
ut *ignes fatui* peregrinantes à *via trita*.	wie die Irrlichter die Reisende vom ordentlichen Weg.

CX. Fu-

CX.

Fusor Typorum æneorum.



Der Schrifftgiesser.

Hic imponit *Matricem*	Dieser 1 setzet die Matricem (Mutter oder Modell des Buchstabens)	Matrix, f. 3. Buchstaben-Modell.
in singulare quoddam *Instrumentum*,	in ein besonders Instrument, 2	
atque in illam infundit *Massam*,	und giesset eine Massam darein/ 3	
ex *Orichalco*, *Plumbo*, *Cupro*, *Chalybe* & *Antimonio* conflatam;	aus Meßing, Bley, Kupffer, Stahl und Spießglas zusammen geschmeltzt/	
promit literam *forcipe*,	nimmt den Buchstaben mit dem Hacken heraus/ 4	
demit *fusuram*,	bricht den Guß herab/ 5	Fusura, f. 1. Guß.
polit in *cote*,	schleifft ihn auf dem Schleiffstein. 6	
componit deinde *literas fusas* (*flatas*) in *lineari norma*,	setzt hernach die gegossene Buchstaben auf dem Winckel-Hacken 7 zusammen/	Linearis norma, der Winckel-Hacken.
pes literarum verò cava dolabra *excavatur*.	der Fuß der Buchstaben aber wird mit einem holen Hobel ausgestossen.	
Præcipui *Typi*, *Characteres*, sequentes sunt:	Die fürnehmsten Drucker-Schrifften sind folgende:	
Regales, *helice*, *emblemate* vel *circumductionibus* exornatæ,	Regal, mit Laubwerck, Bildern und Zügen geziert/	Circumductio, f. 3. ein Zug.

Typi titulares,	Groß Versal,	Typus titularis, Grosser Versal-Buchstab.
Majusculi Bibliorum antiquorum,	Klein Versal,	
Canonicus major,	Grobe Canon,	
Canonicus minor,	Kleine Canon,	
Typus Textualis,	Text Fractur,	
Πάραγγον Græcum,	Πάραγγον Græcum,	
Media Fractura,	Mittel-Fractur,	
Suaves afflantur odores	Lieblich riechen	
Iris lutea,	die gelbe Lilie,	
Iris, f. 3.	die blaue,	
Iris Susiana seu Chalcedonica,	die schwartze, (Veil-Wurtz von Constantinopel,)	
Gladiolus.	Schwertel.	
Omnes superat odore	Alle übertrifft am Geruch	

Lilium convallium majus & minus,	die groß und kleine Majen-Blume,	
quod & *flore purpurascente* in hortis reperitur.	welche auch Purpurfarb in Gärten gefunden wird.	
Nec minus fragrantiâ suâ recreant	Mit ihrem Geruch ergötzen nicht weniger	
Viola Martia flore cœruleo,	der blaue Mertzen-Veil,	
Viola gemina, gemella, dupliciarii floris,	doppelter Veil, Viol,	
Paniculata Viola, paniculato flore Viola,	gefüllter Veil,	
Viola Matronalis,	Nacht-Veil,	
Leucoion luteum, Cheiri, Viola aurea lutea,	gelber Veil, 10	
Leucoion rubrum,	rother Veil,	
Leucoion album, candidum,	weisser Veil,	
Leucoion violaceum,	Viol-brauner Veil,	
Viola punicea varia,	Purpurfarb-schattirter Veil,	
Lupinus luteus,	gelber Türckischer Veil,	
Lupinus major & minor cœruleus,	groß und klein blau Türckischer Veil,	
Lupinus incarnatus,	der Fleisch-farbe,	
Lupinus albus.	der weisse.	
Oculos pascunt varia *Ranunculorum* genera,	Die Augen belustigen die unterschiedliche Arten der Ranunculn, (Hanen-Füsse,)	Ranunculus, m. 2. Ranunkel / (Hanen-Fuß.)
& *Anemonarum*.	und Anemonen.	Anemone, f. 1. Anemone.
Quibus addi possunt *Pœoniæ*.	Denen beygefügt werden kan die Peonien, Pfingst-Rosen, Gicht-Rosen. 11	Pœonia, f. 1. Peonie.
Ad earum aspectum quopiam invidiolæ sensu perstringitur quasi	Mit diesen eyfert gleichsam	

Florum

Latin	Deutsch	
florum regina, cujus satellites spinæ sunt, hortorum decus, *Rosa centifolia*,	die Königin der Blumen / welche die Dornen zu Trabanten hat / die Zierde der Gärten / die hundert-blätteriche Rose, 12	
quæ, dum ex *alabastro* emicat,	welche / wann sie aus ihrem Knopf aufgehet /	Alabastrus, m. 2. Rosen-Knopf.
purpuram explicat,	ihren Purpur sehen läßt /	
odorem spargit,	den Geruch ausbreitet /	
atque *apices aureos* (*luteos apices, fila crocea*) ostentat.	und mit ihren gelben Gold-Bützlein (Zäselein) pranget.	
Sorores & cognatæ ejus sunt:	Ihre Geschwistrigte und Verwandte sind:	
Rosa rubra, Milesia,	Die gemeine rothe Rose,	
alba,	die weisse,	
Rosa alabandica,	Leibfarbe oder Brabandische,	
Rosa rubra holoserica,	die roth Sammetfarbe,	
Rosa moschata,	Muscaten-Rosen,	
Damascena,	Damascen-Röslein,	
Rosa purpurea,	Kohl-Rosen,	
Rosa canina, cynorrhodos, sylvestris,	Hecken-Rosen,	
Rosa lutea,	gelbe Rosen,	
Rosa sine spinis,	Rosen ohne Dorn,	
Rosa menstrua,	Monat-Rosen,	
Periclymenon perfoliatum, quod inclinante mense Maji floret,	Rose von durchbrochenen Blättern, welche zu Ende des Majen florirt /	
& *Rosa Hierochuntina*,	und Rose von Jericho,	

in insula St. Laurentii primò inventa,	welche in der Insul St. Laurentii am ersten gefunden worden /	
Rosa Sinensis, *Rosa Mariana*, *Lychnis coronaria*.	die Sinesische Rose, Marien-Röslein.	
Granadilla, *Flos Passionis*, ab orbe novo accersibus,	Die Paßions-Rose, Paßions-Blume, 13 welche aus der neuen Welt in unsere Lande gebracht worden /	
Servatoris nostri *Cruciatuum Instrumenta* fermè omnia repræsentat.	zeiget fast alle Stücke des Leydens unsers Heylandes.	
Vegetus splendidusque *Flos Cardinalis*, *Trachelium Americanum*, & *Lychnis Chalcedonia*,	Die hochfärbige Cardinals-Blume und Jerusalems-Blume, /	
docent, omnem *hujus orbis majestatem* expallescere.	lehren / wie alle Herrlichkeit der Welt erbleiche.	
Quid dicam, de hortorum oculo & ornamento, de *Caryophillis*?	Was soll ich sagen von dem Aug und Zierde der Gärten / den Nägelein, Nelcken oder Gras-Blumen? 14	Caryophillon, n. 2. Caryophillus, m. 2. Nägelein / Nelcken.
nihil enim certè spectare possit, vel ejus formosius formâ,	denn es ist gewiß / daß nichts schöners / als ihre Gestalt /	
vel colorum, quibus effulget, varietate pulchrius,	noch wunderbarers / als als ihrer Farben Unterschied /	
vel foliorum, quibus contexitur, nitore & compositione concinnius.	noch annehmlichers / als der Glantz und Ordnung ihrer Blätter / gesehen werden kan.	

Quid?

Quid? quod *Caryophilli plumarii*,	Ja so gar die Feld-Nägelein, Pfingst-Nägelein,	Caryophyllus plumarius, Feld-Nägelein/ Pfingst-Nägelein.
& *Cariophylli Carthusiorum*,	und Carthäuser- oder Busch-Nägelein,	
satis æstimari non possunt.	können nicht genugsam bewundert werden.	
Figurâ perfectè elaboratâ gaudent	Eine wol-formirte Gestalt haben	
Aquilegiæ,	die Agleyen,	Aquilegia, f. 1. Agley.
Campanulæ,	Glocken,	
Pyramides,	die blauen Glocken,	Pyramis, Pyramidalis Lutetia, blaue Glocken.
Amaranthus Mexicanus,	der grosse Tausendschön,	
Canna Indica,	das Indianische Blumen-Rohr, 15	
Opuntia, *Ficus Indica*,	die Indianische Feigen, 16	
Jucca Gloriosa, *Canedana Jucca*, cujus flores in cymbalorum formam adornati Creatorem celebrant.	die Jucca, deren Cymbel-förmige Blumen den Schöpffer loben.	
Flores Mexicani, vel *Flores mirabiles Peruviani*, non solùm hortos, sed & fenestras ornant.	Die Rubellen zieren nicht allein die Gärten/ sondern auch die Fenster. 17	Flos Mexicanus, Flos mirabilis de Peru, Rubelle.
Qualis Penicillus veris ac nativis coloribus exprimit formam	Welcher Pensel trifft die Schönheit	
Bellidum, *Phalangiorum*,	der Maßlieben, Margarethen-Blumen,	Bellis, f. 3. Phalangium, n. 2. Margareten-Blume.
Chamædryos,	des Blümlein Vergiß mein nicht,	Chamædrys, f. 3. Vergiß mein nicht. Gamanderlein.
Umbilici Veneris, *Cotyledonis*, *Acetabuli*,	des Nabel-Krauts,	

Hedy-

Hedysari clypeati cum *sanguineis* & *albis floribus?*	des Spanischen Klees mit Blut-rothen und weissen Blumen?	Hedysarum clypeatum, Onobrychis, Spanischer Klee.
Quæ miracula naturæ sunt:	Welche Natur-Wunder sind:	
Balsamina, Momordica,	die Balsamine, Momordica,	
Stramonia, Datura,	Rauch-Aepffel,	
Poma amoris, Melanzan,	die Liebes-Aepffel,	
Piper Indicum,	der Indianische Pfeffer,	
Amaranthus cristatus	der Fuchs-Schwantz, Amaranth,	
Amaranthus spicatus,	der Hahnen-Kamm,	
Tricolor, m. 3.	die Papagey-Feder,	
altè eminens *Malva Venetiana,*	die hochsteigende Papeln, oder Venetianische Wetter-Rosen, 18	
Malva crispa,	die krausse Papel,	
Anthirrina,	Löwen-Mäuler,	Anthirrinon, n. 2. Löwen-Maul.
Aster Atticus, Aster purpureo-cæruleus,	Scharten-Blum, it. die blaue,	
Calendula, f. 1.	Ringel-Blume,	
Carduus Sphæro-Cephalus, Ambreta,	Bisam-Blume,	
Bellis major,	Johannis-Blum,	
Primula pratensis,	Schlüssel-Blum,	
Pappus cardui,	Distel-Blum,	

Chrysanthemon,	Gold-Blum,
Consolida regalis,	Ritter-Sporn,
Nasturtium,	Indianischer Kreß, oder gelber Ritter-Sporn,
Convolvulus multiplex,	der vielfältige Windig,
Digitalis,	Finger-Hut,
Heliotropium,	die Sonnen-Blume, Sonnen-Wende,
Flos Solis maximus, Peruvianus,	die gefüllte Sonnen-Blume, 19
Versicolor papaver, n. 3.	der vielfärbige Mahen oder Mohn, 20
Papaver cornutum,	der gelb- und roth-gehörnte Mohn,
Papaver erraticum,	Klapper-Rosen, Flitsch-Rosen,
Scabiosa, vel *Cyanus Turcicus odoratus*,	Scabiosen, Pastemen-Kraut,
Cyanus,	Korn-Blum,
Caltha,	Küh-Blum, Dotter-Blum,
Thlaspi Pannonicum.	Thlaspen, Ungarischer Bauren-Senff.
Phlox, *gis*, f. 3. *Flammea*, f. 1. *Flos Trinitatis*, *Viola autumnalis*, *Viola serotina*,	Die Dreyfaltigkeits-Blume, Pensée,
soror est *Violæ* germana,	ist eine leibliche Schwester der Veil-Blume,
superbit verò alio colorum ornatu,	pranget aber in einer andern Farben-Tracht/
& *legavit* natura, utriusque parens Violæ *odorem*,	und hat die Natur der Mutter von beyden/ dem Veil einen Geruch gegeben/

Flam-

Flammeæ verò *denegavit.*	der Dreyfaltigkeits-Blume aber ſolchen verſagt.	
Odoræ Plantæ,	Wolriechende Pflantzen,	
quas Hortulanus *Florum faſciculis* intexit, innectit,	welche der Gärtner in die Blumen-Strauſſe bindet/	Florum faſciculus, ein Blumen-Strauß/ Bouquet.
iisque eos, qui in *hortum* divertunt, *donat,*	und damit diejenigen/ welche in dem Garten einkehren/ beſchencket, 21	
ſunt *Ocymum*, n.2.	ſind Baſilien-Kraut,	
Amaracus, m.2. *Majorana,*	der Majoran,	
Menta, f.1.	die Müntz, oder Deymenten,	
Serpillum, n.2.	Quendel, Feld-Kümmel,	
Thymum & Thymus,	Thymian,	
Satureja, &c.	Saturan, Saturey, Garten-Iſop, ꝛc.	

* * *	* * *
Quemadmodum *Flores* nil niſi *parum terræ* ſunt;	Gleichwie die Blumen nichts als ein wenig Erde ſeyn;
ita & *pulchritudo corporis* nil niſi *manipulus pulveris* eſt,	alſo iſt die Schönheit des Leibs nichts als eine Hand-voll Staub,
ex qua facile *cadaver* fit,	aus welcher bald ein Todten-Geripp wird/
licet jam inſtar *roſarum & liliorum* floreat.	ob ſie gleich jetzt wie Roſen und Lilien blühet.

CXXIV.

Pomarium.



Der Baum-Garten.

Quia

Quia *Hortulanus* non solum *Flores*, sed & *Arbores* tractat:	Weil der Gärtner nicht allein mit Blumen, sondern auch mit Bäumen umgehet:	
ambulabimus paululum in *Arbustum*, *Arboretum*,	wollen wir ein wenig in den Baum-Garten spatzieren/	Arbustum, n. 2. Arboretum, n. 2. ein Baum-Garte.
ubi ille *Seminarium* instituit,	allwo dieser eine Baum-Schul 1 anleget/	
& seminando stirpes, serendo arbores,	und indem er pflantzet/	
curat, quæ qualitas *terræ* & quantum spatium *fossæ* sit,	acht hat/ wie die Erde beschaffen/ und wie groß die Grube sey/	
quo *viva radix*	damit die Haupt-Wurtzel, Hertz-Wurtzel,	
cum suis *fibris*, *capillamentis*, bene se diffundat,	mit ihren Fäserlein wohl anschlage/	Fibra, f. 1. der äusserste Theil eines Dings. Fäserlein oder Zäserlein an der Wurtzel. Capillamentum, n. 2. Fäserlein.
quæ *miti* & *pulla terra* tegenda est.	welche mit mürber und lockerer Erde bedecket werden muß.	Pullus, a, um, schwärtzlicht/ dunckel/ locker.
Sylvestres arbores reddit *fructiferas frugiferas*, inserendo,	Wilde Bäume macht er fruchtbar durch impffen/ beltzen/ 2	Insitum, n. 2. Turio, m. 3. Cyma, æ, f. 1. Cyma, atis, n. 3. Pfropff-Reiß/ Beltz-Zweig.
& oblinit, convestit *turionem*, *cyma*, *insitum cerâ* vel *luto*.	und vermacht das Pfropf-Reiß mit Beltz-Wachs oder Kütt.	
Inoculat (inserit) verò	Er impffet oder äugelt aber	
vel *alburno*, (in *alburnum*,)	entweder an die Rinde,	Alburnum, n. 2. das weisse am Holtz zunechst der Rinden.
& emplastrat id,	und verbindet dieselbe mit einer andern Rinde/	

vel inserit in *surculata gemma*,	oder er impffet in ein Aug,	
vel *terebratione*,	oder in den gebohrten Stock oder Stammen,	
interdum etiam *coronâ* & *obliquâ fissurâ*.	bisweilen auch Kronen- und Ziegen-Fuß-weis.	
Operam curamque ponit	Er läßt sich angelegen seyn/	
in *truncos enodes*.	daß er gerade Stämme ziehe.	Truncus enodis, ein gerader Stamm.
Præsertim curam gerit	Insonderheit wartet er wohl	
Malorum aurearum, medicarum, auratarum, & *Malorum citriarum, citrorum*,	der Pomeranzen- und Citronen-Bäume, 3	Malus aurea, Malus medica, Malus aurata, Pomeranzen-Baum. Malus citria, it. Citrus, f. 2. ein Citronen-Baum.
quarum *suaves flores*,	deren liebliche Blüthen,	
odorariæ pyxidulæ haud absimiles,	wie eine Büchse voll Rauchwerck/	
pandunt *odorem*,	ihren Geruch von sich geben/	
& *fructibus* superbiunt;	und mit Früchten prangen;	
juxta quas ornatum suum explicat	neben welchen auch gar schön stehet	
Limonia malus.	der Limonien-Baum.	
Mali punicæ, Granati flos, Cytinus, m. 2.	Des Granaten-Baums Blume, Granaten-Blüh, 4	Malus punica, Granaten-Baum.
annumeratur pulcherrimis,	wird unter die schönsten gezehlet/	
propter *puniceum colorem*,	wegen ihrer Purpur-rothen Farbe,	
quo pulchrè splendescit, ac velut accenditur.	womit sie gezieret ist/ und gleichsam davon brennet.	

Flo-

Florens æstate & hyeme *Laurus*,	Der im Sommer und Winter grünende Lorbeer-Baum, 5	
ornatus horti est,	ist ein Garten-Schmuck/	
& reperitur vel *Laurus sterilis*, vel *Laurus baccifera* in hortis nostris;	und findet man entweder Männlein oder Weiblein in unsern Gärten;	
raro isthic cernitur *Oliva*, f. 1. *Olea*, f. 1.	selten siehet man allda den Oliven-Baum, 6	
cujus *Colymbades* f. plur.	dessen eingemachte Oliven	
delicatis palatis arrident.	zärtlichen Mäulern wol schmecken.	
Muscarum hostis, *Rhododaphne*, f. 1. *Rhododendrum*, n. 2.	Der Mucken-Feind / der Oleander, 7	
delectat oculos sanguineos & lacteis floribus.	belustiget die Augen mit seinen rothen und weissen Blumen.	
Quis non mirans aspicere potest *Alceam*, vel *Malvam arborescentem*?	Wer kan ohne Verwunderung den Ketmus, Ketweg, oder Syrischen Pappel-Baum 8 ansehen?	Alcea vel Malva arborescens, Ketmuß / oder Ketwig-Baum.
dum ejus candidi cyanei aut subrubri flores, sub viridibus foliis serratis, laciniosis, emicant.	wann seine weisse / blaue / Leibfarbe Blumen / unter ihren grünen und zerkerbten Blättern / hervor treiben.	Folium serratum, laciniosum, ein zerkerbtes Blat.
Sambuci roseæ verno tempore hyemem jucundè repræsentant *floribus* suis *rotundis* & *pilis niveis*, *massæ niveæ* similibus.	Schnee-Ballen stellen im Frühling mit ihren runden und den Schnee-Ballen gleichenden Blumen 9 den Winter annehmlich für.	Sambucus rosea, Schnee-Balln / ein Gewächs. Pila nivea, Massa nivea, ein Schnee-Ball.

Vides-

Latin	Deutsch	
Videsne, ut *Cupressus*, *Cypressus*, f. 2. & *Sabina*, f. 1.	Sehet ihr nicht/ wie der Cypreß= und Seven=Baum, (Segel=Baum,) 10	
cacuminibus suis erectis,	mit ihren erhabenen Gipffeln/	
ceu digitis viridibus, cœlum demonstrent,	als grünen Fingern/ auf den Himmel deuten/	
& nos doceant, in jucundis hortis cogitare de Paradiso cœlesti?	und uns lehren/ in lieblichen Gärten an das Himmlische Paradis zu gedencken?	
In *Genistæ Hispanicæ* croceis & amœnis floribus	In der wolriechenden Künschroten gelben und lieblichen Blumen 11	Genista Hispanica, wolriechende Kunschroten.
hoc Morale invenimus:	finden wir diese Sitten-Lehre:	
Pulchritudo *Virtutis odore carens* non est pulchra.	Schönheit ohne Tugend=Geruch ist nicht schön.	
Quid dicam de *Jasmino*, *Gesmino*,	Was soll ich sagen von dem Jasmin, 12	Jasminum, n. 2. Gesminum, Jasmin.
& præcipuè *Iberici Soli Gesmino*,	und insonderheit von dem Spanischen,	
quod candido colore suo *Innocentiam* nobis commendat,	der mit seiner weissen Farbe uns die Unschuld recommendirt/	
ne ullo contaminemur flagitio?	damit wir nicht durch Sünde befleckt werden?	
Arbuscula Corallii, *Stychnodendron*,	Der Corallen=Baum, 13	
suis fructibus coccineis,	mit seinen Scharlach-rothen Früchten/	
animum revocat ad memoriam *Sanguinis* CHRISTI, *Ornatum animarum nostrarum*;	erinnert an das Blut CHRISTI/ den Schmuck unserer Seelen;	

& viri-

& viridis *Rosmarinus*,	und der grüne Rosmarin, 14	Rosmarinus, m. 2. & Rosmarinum, n. 2. Rosmarin. Rosmaris, idis, f. 3. Rosmarin-Staude.
Spei semper virentis recordationem excitat.	an die stets grünende Hoffnung.	
Aliæ *Arbores*, qui ibi reperiuntur, sunt:	Andere Bäume, die man allda findet / sind:	
Pomus, f. 2. *Malus*,	Der Apffel-Baum,	
Pyrus, f. 2.	Birn-Baum,	
Cerasus, f. 2.	Amarellen- Weichsel- Kirschen-Baum,	
Ficus,	der Feigen-Baum,	
cujus liberi, vel *Ficus novellæ* ad fotum mittuntur,	dessen Kinder / oder die jungen Feigen-Bäume, 15 auf den Marckt geschickt werden /	Ficus novella, ein junger Feigen-Baum.
Persicus, *Malus Persica*,	der Pfersing-Baum,	
Malus Armeniaca,	Marillen-Baum,	
Prunus,	Pflaumen- oder Zwetschken-Baum,	
Cinus,	Krichen-Baum,	
Morus, f. 2.	Maulbeer-Baum,	
Amygdalus, f. 2.	Mandel-Baum,	
Mespilus,	Mespel- oder Hespel-Baum,	
Nux juglans,	Nuß-Baum,	
Cotoneus, *Malus cydonia*,	Quitten-Staude,	
Corylus, f. 2.	Hasel-Staude.	
* * *	* * *	
Simus *Arbores*, quæ in *cælo* radices agunt,	Laßt uns Bäume seyn / welche in dem Himmel wurtzeln /	
& in *terra* fructus ferunt.	und auf der Erde Früchte tragen.	

CXXV.

Herbarius.



Der Kräuter=Mann.

Cognitio vel *Notitia herbarum*	Die Erkenntnus der Kräuter	
est *anchora sanitatis*;	ist ein Ancker der Gesundheit;	
& qui has colligit,	und wer diese einsammlet/	
suscipit laborem utilem & jucundum.	nimmet eine nutzlich- und liebliche Arbeit auf sich.	
Quare *Herbarius* est multis *utilis homo*.	Daher ist der Kräuter-Mann 1 ein vielen nutzender Mann.	
Paucorum modo mentionem faciam:	Ich will nur etlicher weniger gedencken:	
Quoties eum consulunt *dentibus laborantes*,	Wie offt suchen Rath bey ihm / die so Zahn-Schmertzen leiden,	
aut aliàs *malè se habentes*?	oder sonst sich übel befinden? 2	
Gerula, f. 1. petit *Santonicam*, *Semen sanctum*, *Sementinam*,	Die Kinds-Magd 3 holet Wurm-Saamen	Santonica, f. 1. Semen sanctum, Sementina, f. 1. Wurm-Saamen-Kraut.
pro infantibus, qui lumbricis infestantur.	für die Kinder / so Würmer haben.	
Veterinario,	Dem Schmids oder Roß-Artzt 4	Veterinarius, m. 2. Roß-Artzt.
servit *herbis* & *radicibus*;	verschafft er Kräuter und Wurtzeln;	
pariterque *Venatori*,	imgleichen dem Jäger, 5	
si *canes* ejus *ægrotant*.	wann dessen Hunde krancken.	
Illi, qui *aves copulant*, (*sociant*,)	Die / so Vögel zusammen werffen, (gatten,) 6	
eo carere non possunt.	können seiner nicht entrathen.	
Herbæ verò, quas tempore,	Die Kräuter aber / welche er zur Zeit/	

quo *efficacissimæ* habentur, legit, & simul *Planetarum motum* observat,	da sie am kräfftigsten gehalten werden / eingesammlet / und zugleich der Planeten Lauf in acht nimmt /
sunt vel inter *herbas medicas*, & quidem notæ:	sind entweder unter den Artzney-Kräutern, und zwar die bekannten:
Centaurea, f. 1. *Centaureum*, *Centaurium*, n. 2.	Das Tausendgulden-Kraut,
Carduus benedictus,	Cardobenedict,
Borrago,	Barabi, Boragen,
Lavendula,	Lavendel,
Spica nardi,	Spicanard,
Salvia,	Salbey,
Aristolochia,	Osterlucey,
Althæa,	Ibisch, Eibisch,
Millefolium, n. 2.	Garb-Kraut,
Melyssa, f. 1. *Melyssaphyllon*, n. 2. *Apiastrum*,	Melissen,
Chamæmelum,	Gamillen,
Alchimilla, *Pes leonis*,	Sinau, Löwen-Fuß,
Fœniculum,	Fenchel,
Lappa major, *Lappa Personata*,	grosse Klette,
Artemisia,	Beyfuß,
Cynoglossum, n. 2.	Hunds-Zunge,
Buglossus, f. 2. *Buglossum*, *Echion*, n. 2.	Ochsen-Zunge,
Euphrosyne, *Euphrasia*, *Eufragia*,	Augentrost,
Acetosa, *Oxalis*, *lidis*, f. 3.	Sauerampfer,
Fumaria,	Erdrauch,
Geranium,	Storchschnäbel,

Penta-

Pentaphyllum, *Quinquefolium*,	Fünfffinger-Kraut,
Tormentilla,	Tormentill,
Polypodium,	Engelsüß,
Pimpinella,	Bibernell,
Plantago, f. 3.	Wegrich,
Plantago major, vel *lanceolata*,	Spitziger Wegrich,
Polygonum, n. 2. *Sanguinaria*,	Wegtritt,
Valeriana,	Baldrian,
Mentha,	Müntz, Krauße Müntz, Deimenten,
Mentastrum,	wilde Müntz,
Origanum,	Dosten oder Wolgemut,
Serpillum.	Quendel.
Ex Herbis sylvestribus quærit, ubi floreat	Von Wald-Kräutern sucht er / wo floriret
Fragaria, f. 1.	das Erdbeer-Kraut,
Filix, f. 3.	Farn-Kraut,
Muscus terrestris,	Gürtel-Kraut,
Pulmonaria,	Lungen-Kraut,
Pyrolæ,	Wintergrün,
Sanicula,	Sanickel,
Veronica,	Ehrenpreiß,
Chamæcissus, f. 2. *Elatine*, f. 1. *Hedera terrestris*.	Gunreben.

Inter *Herbas Saxatiles* huc spectant	Unter den Stein-liebenden, oder bey Steinen wachsenden Kräutern gehören hieher:	
Absinthium, ex cujus *scopis Absinthites* præparatur;	Der Wermut, aus dessen Zweiglein der Wermut-Wein gemacht wird;	Scopæ absinthii, Wermut-Zweiglein. Absinthites, æ, f. 1. Wermut-Wein.
Asplenum,	Miltz-Kraut,	
Saxifraga.	Steinbrech.	
Ex *Herbis Muralibus* selegit etiam aliquot, & faciunt ad rem suam	Von den Mauer-Kräutern sondert er auch etliche aus/ und taugt für ihn	
Capillus Veneris,	das Frauen-Haar,	
Chamæpitys, (*yos*) f. 3.	Je länger je lieber,	
Dulcis amara,	Feld-Cypreß,	
Bursa pastoris, *pastoria*,	Teschel-Kraut,	
Chelidonia, & *Chelidonium*,	Schellwurtz, Schwalben-Kraut,	
Ruta Muraria,	Mauer-Rauten,	
Sedum, *Semperviۦum*.	Hauswurtz.	
Herbæ Pratenses implent ejus corbem, & hæ sunt:	Wiesen-Kräuter, füllen seinen Korb/ und sind diese:	
Prunella, *Consolida major*,	Braunelle,	
Anethum,	Dillkraut,	
Cuminum, *Cyminum*,	Kümmel,	
Coriandrum,	Coriander,	
Trifolium,	Klee,	
Alsine, f. 1.	Hüner-Salm, Hünerdarm.	
Accedunt *Palustres*:	Hiezu kommen/ die gern am Wasser wachsen:	
Anagallis aquatica,	Bachbungen,	

Anserina,	Gänß=Kraut,	
Carex, icis, f. 3.	Rietgras,	
Cochlearia,	Löffel=Kraut,	
Lentes lacustres,	Meer=Linsen,	Lens lacustris, eine Meer=Linse.
Nasturtium aquaticum,	Brunnkreß,	
Persicaria.	Flöh=Kraut.	
Radices, quas vendit, sunt:	Wurtzeln, die er verkaufft / sind:	
Meum, n. 2,	Die Beer=Wurtz, Hertz=Wurtz,	
Astrantia, *Imperatoria*,	Meister=Wurtz,	
Pistoria, *Serpentaria*,	Natter=Wurtz,	
Cruciata, *Senecio*,	Creutz=Wurtz,	
Polygonaton, *Sigillum Salomonis*,	Weiß=Wurtz,	
Enula campana, *Helenium*,	Alant=Wurtz,	
Hirundinaria, *Vincetoxicum*.	Schwalben=Wurtz.	
* * *	* * *	
Abduc animum tuum ab omnibus *cogitationibus inanibus*,	Entschlage dich aller unnützen Gedancken,	
quæ sunt ut *mala herba* inter *bonas*:	welche wie das Unkraut unter guten Kräutern sind:	
Quemadmodum verò *Herbæ* tibi inserviunt,	Wie aber die Kräuter dir dienen /	
ita tu servi *Voluntati* benigni *Creatoris*,	so diene du dem Willen des gütigen Schöpffers,	
quippe qui tibi etiam in *herbis*	der dir auch aus den Kräutern	
amorem suum erga te repræsentat.	seine Liebe gegen dich sehen läßt.	

CXXVI.
Vinitor. Der Wintzer. Weingärtner.



Vinitoris maximi labores, priusquam *dives Autumnus* eum lætitia perfundit, (cumulat,) sequentes sunt:	Des Wein-Gärtners 1 fürnehmste Arbeiten, ehe ihn ein reicher Herbst erfreuet / sind folgende:	
Vineas palare, impedare, statuminare,	Das Wein-Pfälen, 2	
vitem adminiculari, adjugare,		Vitis, f. 3. Wein-Rebe / Weinstock.
ablaqueatum vitem operire, retecta vitis crura adobruere, terra abtegere,	den Weinstock decken, 3	Crus, n. 3. Vitis, der Stock der Reben.
vineam stercorare, fimo lætificare, optimare,	tüngen, 4	Vineæ stercoratio, die Reben-Tüngung.
resecare vites, putare, exputare, tondere,	schneiden, 5	Lachryma vitium, Reb-Wasser.
quæ tunc lachrymas destillat;	welcher alsdenn thränet;	Vitis lachrymans, thränender Weinstock.

Col-

Latin	German	Notes
Collectio sarmentorum,	die Reben-Lesung, 6	
Ablaqueatio, f. 3.	die Räumung, (da man den Stöcken durch Umgrabung Lufft macht/)	
Pastinatio, f. 3. *Pastinatus*, m. 4.	das Hacken, 7	
Capistratio vitium, *Subligatio vitium*, *Conjugatio capitum*,	das Hefften, 8	
quæ circumspectionem requirit,	welches Fürsichtigkeit erfordert/	
ne gemmæ tumentes lædantur.	damit nicht die paussende Aeugelein abgestossen werden.	Oculus, m. 2. Gemma, f. 1. das Aug am Weinstock.
Necesse etiam est *vineam sarrire*, *runcare*, *marra* vel *sarculo vineam colere*, *noxiis herbis expurgare*,	Die Reben muß man auch fleißig jätten, 9	Marra, f. 1. Sarculum, n. 2. eine Jäte/ Hauen.
& redundanti *pampino* vitem *expedire*, *liberare*.	und die überflüßige Schößling, ehe der Weinstock blühet / abbrechen.	Pampinus, ein Rebschoß mit Laub / Wein-Blat.
Maximè verò *pampini* & *nepotes*, *palmites* removendi sunt, approquinquante vindemia,	Sonderlich aber müssen die Wein-Blätter und Neben-Schosse weggeraumt werden / bey annahender Lese/	
ut uvæ immaturæ,	damit die noch unzeitige Trauben/	Uva immatura, eine unzeitige Traube.
aut uvæ variantes,	oder die da reiffen und sich färben/	Uva varians, eine Traube / die da reifft / und sich färbt.
radiis solis maturescant.	durch die Sonnen-Strahlen reiff werden.	

Inter-

Interdum Vinitor *Vinearios traduces* pangit, *vitem traducem*, *viviradicem* conserit,	Bisweilen senckt der Wein-Gärtner neue Vexer (Fächser) ein / 10	Vinearius tradux. Vitis tradux. Viviradix, f. 3. Fächser / Vexer.
& *directis ordinibus* vel amussi vitium *ordines* dirigit,	und setzet die Weinstöcke nach der Reihe, 11	
aut *quincuncibus* disserit.	oder Schicht-weise.	
Siderationis verò *genus triplex* perquam infestum est vitibus:	Es sind aber dreyerley Einflüsse den Reben sehr schädlich:	Sideratio, f. 3. Schade vom Wetter.
Roratio,	Das Abfallen der unzeitigen Trauben in der Blüthe /	
Uredo, f. 3. quæ nascitur à pluvia repentino adstricta gelu, vel à pruina, vel gelido rore,	der Brand, welcher vom Regen / wenn er plötzlich gefriert / oder Reif entspringet /	
& *Carbunculatio*, f. 3.	und die Versengung von grosser Hitze.	
Huic *malo* sæpius etiam vitis jugata, cantheriata est obnoxia.	Diesem Ubel ist auch zum öfftern der aufgezogene Weinstock unterworffen.	
Superato labore	Nach überstandener Mühe	
delectant oculum & palatum	ergötzen Aug und Mund	Scapus, Kamm / daran die Beere hangen.
Uvæ turgidæ cum *acinis* suis scapo affixis,	die volle Trauben, mit ihren am Kamm hangenden Beeren,	Acinus, m. 2. & Acinum, n. 2. Weintrauben-Beer.
in quorum cute, folliculis, tunicis,	in deren Hülsen	Acini cutis, f. 3. Folliculus, m. 2. tunica, f. 1. Weinbeer-Hülse oder Balg.
caro dulcis, ut & *nuclei acinorum* latent.	das süsse Marck, wie auch die Kerne stecken.	Nucleus acinorum, der Kern in Weinbeern.

Atque

Latin	Deutsch	
Atque ita nobis se præbet	Und also reichet sich uns dar	
Uva apiana,	die Muscateller-Traube,	
Uva aminea, *helvola*,	Traminer,	
Uva eugenia,	Gut-Edel oder Junckern-Traube,	
Uva spionia, *bumamma*, *Damascena*,	Heunisch, eine Traube mit grossen Beern/	
Uva duracina,	Hart-Heunisch, Trauben mit einer harten Haut/	
Visula,	Elbling,	
Uva purpurea,	Kleberoth,	
Uva helcata,	Schiel-Traube,	
Chorinthiacæ uvæ, *apyrini*.	Corinthen, kleine Träublein.	
* * *	* * *	
Vites *capreolis*, tanquam manibus apprehendunt	Die Reben ergreiffen mit ihren zarten Gäbelein, gleichsam als mit Händen/	Capreolus, m. 2. Gäbelein am Reben.
adminicula, atque ita se erigunt.	das Geländer, und richten sich also daran auf.	Adminiculum, n. 2. Reb-Stecken/ Reb-Geländer.
Preces & *Gemitus* sunt *manus Fidei*:	Gebete und Seufzer sind Hände des Glaubens:	
qui his *Crucem* CHRISTI amplectitur,	Wer sich mit diesen an das Creutz CHRISTI hält/	
nulli *calamitati* succumbet,	der wird in keiner Trübsal unterliegen/	
sed *caput* ejus cum *Gloria* exaltabitur.	sondern sein Haupt aufgerichtet werden mit Ehren.	

CXXVII.

Oenopola. Vinarius.



Der Weinschenck.

Hic

Hic diligenter curat *Vinum* suum in *cella vinaria*,	Dieser hat fleißig acht auf seinen Wein im Keller, 1	Cella vinaria, der Wein-Keller.
ut omnia propulset (prohibeat) detrimenta,	daß er allen Schaden verhüte/	
quæ ex negligentia oriuntur.	welcher aus Nachläßigkeit entstehet.	
Quare *vino* interdum *medicatur*, *condit vinum*,	Daher gibt er dem Wein bisweilen einen Einschlag, 2	
quæ *conditura vini* vario modo conficitur.	welcher Einschlag auf unterschiedliche Weise bereitet wird.	
Multum etiam interest,	Es ist auch sehr viel daran gelegen/	
ut *vinum* in tempore (opportuno tempore) de *fece demat*, *elutriet*, *transvaset*:	daß er den Wein zu rechter Zeit ablasse, oder abziehe: 3	
nam si hoc obiter modo, vel levi brachio agitur,	denn wann solches nur obenhin geschicht/	
Vinum annis cedit, infirmum aut dubium fit, exolescit:	stößt der Wein gar leichtlich auf/ oder stehet ab:	
si transvasatur illud *Lunâ falcatâ*, *crescente*,	läßt man ihn ab in Zunehmung des Monds,	Luna falcata, crescens, das erste Viertel/ Zunehmung des Monden.
acescit, in acetum vertitur, acorem contrahit.	so wird er sauer.	
Vinum verò *acidum*, *subacidum*,	Der saure,	
mucidum,	kanichte,	
pendulum, *lentum*,	seiger oder zähe Wein aber/	
sunt lucri, *Tabes*. f. 3.	sind des Gewinns Schwindsucht.	Lucrum, n. 2. Gewinn.
Inde operam dat *artibus*,	Daher befleißigt er sich der Künste,	

Vinum corruptum *in integrum restituere*,	den Wein wieder gut zu machen,	
quod *Vinum recentatum* dicitur,	welcher wieder zu recht gebracht heißt.	
Ne quid pereat,	Damit nichts umkomme /	
Vas guttarium	wird eine Tropff-Ständte, 4	
epistomio supponitur,	unter den Hanen gesetzt /	Epistomium, n. 2. der Han an der Röhren.
& *Vappa* f. 1. in eo excipitur,	und der Tropff-Wein aufgefangen /	
quæ, ut & *vinum diffusum*,	welcher / wie auch der Ablaß-Wein,	
& *doliare*, nec dum diffusum,	und Wein, der auf der Mutter liegt,	
singularem usum habent.	sonderbahren Nutzen haben.	
Cellarius perluit, fricat, expolit, extergit *vasa*, *vitra*,	Der Kellner schwanckt (spühlt) die Gläser, 5	
si quis *vinum* emere vel probare cupit;	wann jemand Wein kauffen oder kosten will:	
An sit *forte*, *vinum generosum*, *grave*, *ingentium virium*, *validum*,	Ob solcher starck,	
infirmi saporis, *nullarum virium*,	gering,	
vinum non infectum, *merum*, *purum putum*,	lauter, ungemischt, wie er gewachsen,	
aut *dilutum*, *aqua temperatum*, *infuscatum*,	oder gewässert,	
vinum vetus, *vetulum*,	alt,	
novum, *novellum*,	neu,	
hornum, *vinum anniculum*,	jährig,	
bimum, *ternum*,	zwey- dreyjährig,	
quaternum, *quinum*,	vier-fünffjährig,	

denum,

denum, vicenum, tricenum annorum,	zehen- zwantzig- dreyßig- jährig,	
dulce, leve, mite, suave,	süß,	
asperum, austerum,	rauh,	
durum, acerbum,	hart,	
vinum acris morsus, acriore morsu pungens,	auf der Zunge kützlend, (piquant)	
dulcis acrimoniæ, leniter pungens, suavis morsus,	süßlich-scharff,	
vinum ætatem ferens, vinum annorum tolerans, vinum sine vino inveterascens?	Wein, so sich lang hält, sey?	
Vinum cibarium, quotidianum, plerumque est molle, innocens, & salubre,	Tisch-Wein, ist gemeiniglich ein milder und gesunder Wein/	
Vinum operarium, præcidaneum.	Gesind-Wein, vom ersten Druck.	
Illi, qui pecuniam in vinum insumere amant,	Diejenigen/ die ihr Geld gern in Wein vertrincken/	
frequenter exhauriunt pocula vino annoso, edentulo, repleta,	leeren öffters die Gläser mit altem Wein/	Vinum annosum, edentulum, milder/ alter Wein.
aut petunt *Vinum Massicum, Falernum, Theologicum*, quod habet COS, id est, *Colorem, Odorem, Saporem.*	oder lassen sich den besten langen.	

Tabula præ foribus appensa, indicat, *quale Vinum* in cella sit.	Die vor der Thür aufgehängte Tafel, 6 zeiget an / was für Wein im Keller sey.
Ex *Hispania* apportatur:	Aus Spanien kommt:
Alicanticum Vinum,	Alicante-Wein,
Vinum Petri Simonis,	Peresimenez, Peter-simens,
Bastardum, *Vinum passum*,	Bastart, halber Petersimens,
Secco,	Seck,
Vinum Balearicum,	Canarien-Seck,
Vinum Lusitanicum,	Portugeser,
Vinum Allogicum.	Vin d' Allogo.
Gallia varia mittit genera *vini*:	Franckreich schickt unterschiedliche Arten:
præsertim *Muscatellum Frontinianum*,	sonderlich Muscat de Frontignac,
& *Vinum Burdigalense*.	und Burdoser-Wein. Vin de Bourdeaux.
Nostris temporibus inprimis cæteris longe antecellunt *Vinum Burgundicum* & *Campanicum*.	Zu unsern Zeiten haben absonderlich der Burgunder- und Champagne-Wein den Vorzug.
Italia porrigit	Italien reicht
Vinum Malvaticum,	den Malvasier,
Vinum Arvisium,	
Chium, *Creticum*,	
Lachrymas, quod Vinum ad pedes montis Vesuvii nascitur.	Lachrymas, die Thränen, welcher Wein unten am Berg Vesuvio wächst.
Muscatellum Faliscorum, de quo Proverbium ortum: *Propter EST, EST, Dominus meus mortuus est*.	Vin de Montefiascon, von welchem das Sprichwort entstanden: Propter EST, EST, Dominus meus mortuus est.

Vinum

Vinum Apianum, *Falernum*,	Muscateller,	
Marzeminum,	Marzemin,	
Vinum Vibacum, *Reibolicum*,	Rheinfall,	
Rosacium,	Rosatzer,	
Vinum Rhæticum,	Veltliner,	
Vernacium.	Vernazer.	
In *Germania* nascitur	In Teutschland wächst	
Vinum Rhenense, quod *Decus* & *Gloria Mensæ* dicitur,	der Rhein-Wein, welcher der Schmuck und Ruhm des Tisches genennet wird/	
Vinum fulvum, *gilvum*,	Gänse-Füsser,	
Vinum Neccarium,	der Necker-Wein,	
Vinum Franconicum,	Francken-Wein,	
Vinum Austriacum,	Oesterreichischer Wein,	
Vinum Tyrolense, præcipuè ad *Athesin fluvium*.	Tyroler, sonderlich der Etsch-Wein.	
Vinum arte confectum est	Ein gekünstelter Wein ist	
Vinum Helenites,	der Alant-Wein,	
Vinum cardui benedicti,	Cardobenedicten-Wein,	
Vinum Absynthites,	Wermut-Wein,	
Murina, f. 1. *Nectar*, n. 3.	Gewürtzter Wein,	
Vinum uvis impositum,	Beer-Wein,	
Vinum infectum, *adulterato sapore & colore*.	Geschmierter Wein.	
Præter *vinum* etiam promit *cerevisiam*, *zythum*;	Neben dem Wein, schenckt er auch Bier, (zapfft er Bier aus/)	Cerevisia, f. 1. Zythus, m. 2. Zythum, n. 2. Bier.

qua

qua occaſione, *dolium relinens*,	wobey er / wann er das Faß anſticht/	
Embolum vaſis, papillum vaſis extrahit,	den Zapffen heraus ziehet/ 7	Embolum vel Embolon vaſis, Papilla vaſis, Zapf im Bier-Faß.
Epiſtomium cum *verticulo, verticillo* indit,	die Röhre mit dem Hahnen hinein ſteckt/ 8	Verticulum, verticillum, epiſtomii, der Wirbel am Faß-Hahnen.
& *operculum* aperit.	und den Spunt öffnet. 9	Operculum dolii, der Spunt.
Curat verò, ut ſemper habeat	Er ſorget aber/ daß er allezeit haben möge	
Cerevisiam primariam, quæ *denſa, craſſa*,	das beſte Bier, welches dick, fett,	Cerevisia primaria, das beſte Bier.
& *lupuloſa, multi lupuli*,	und ſtarck von Hopffen,	
defecata etiam ſit.	auch klar ſey.	Cerevisia defecata, klar/ lauteres Bier.
Cerevisia enim *tenuis*,	Denn dünnes,	
feculenta,	trübes,	
acida, quæ acet,	ſaures,	
mucipa, quæ mucet, detruderet *hoſpites* è diverſorio.	kanichtes Bier, würde die Gäſte vertreiben.	
Nomina Debitorum,	Die Namen derjenigen/ welche borgen,	
Bacillo fiſſili, Taleæ crenis inciſæ incidun-tur, inſcribuntur.	werden auf das Kerb-Holtz geſchnitten. 10	Bacillus & Bacillum fiſſile, Talea crenis inciſa, Kerb-Holtz.

De

De *Cerevisia secundaria* prospicit sibi (*Cerevisiam secundariam* comparat sibi)	Mit Tisch-Bier versiehet sich
solicitus *paterfamilias*,	ein sorgfältiger Haus-Vatter,
& *Vinum* etiam in singulas mensas, vel vinarium demensum, parcè sibi admetitur.	und bedienet sich des Weins auch sparsam.
* * *	* * *
Modum teneas in omnibus rebus,	Halte Maas in allen Dingen /
nec abutaris nobili dono DEI, *Vino*,	und mißbrauche nicht der edlen Gabe GOttes / des Weins,
quod *immoderatè* haustum,	welcher unmäßig getruncken /
Ebrietatis *virga* fit,	eine Ruthe der Trunckenheit wird /
quæ *corpus* variis gravissimisque *infirmitatibus* castigat;	welche den Leib mit allerhand schweren Kranckheiten züchtiget;
si verò ad *dimensum* ac *temperatè* bibatur,	wann man ihn aber mäßig trincket /
est *benefactor* communis & *medicus*,	ist er ein allgemeiner Wolthäter und ein Artzt,
qui *stomachum* roborat,	welcher den Magen stärckt /
vires deperditas restituit,	die verlohrne Kräfften wiederbringt /
ingenium acuit, & *curas* abigit.	den Verstand schärfft / und die Sorgen vertreibt.

CXXVIII.

Mulſi Coctor. Der Meth-Sieder.



Generoſum Mulſum, *Hydromeli*, *Melicraton* cocturus, infundit *certam menſuram*, *mellis* optimi, & *aquæ pluvialis*, *fontanæ* vel *profluentis*, *perennis*, *jugis*, *fluvialis*, in *abenum* æneum.

Hoc ad dimidium uſque ſubfervefactum *temetum*,

Wer guten Meth ſieden will / ſchüttet 1 eine gewiſſe Maas des beſten Honigs, und Regen-Brunnen-oder flieſſenden Waſſers, in eine kupfferne Bräu-Pfanne. 2

Dieſes bis auf die Helffte eingeſottene Getränck

Mulſum, n. 2. Hydromeli, n. indecl. Melicraton, n. 2. Meth.

Aqua pluvialis, Regen-Waſſer.
Aqua fontana, Brunnen-Waſſer.
Aqua profluens, perennis, jugis, fluvialis, flieſſendes Waſſer.
Subfervefactus, a, um, eingeſotten.
Temetum, n. 2. ſtarck Getranck.

in

in *vas vinarium* fermento delinitum immittitur,	wird in ein mit Sauerteig bestrichenes Wein-Faß gefaßt/	
in quo lineus *sacculus*,	in welchem ein leinenes Säcklein,	Lineus, a, um, Leinen.
caryophyllis, *pipere*, *zingibere* repletus,	mit Nägelein, Pfeffer, Ingber, (Imber) gefüllt/	Caryophyllum, n. 2. Nägelein. Piper, n. 3. Pfeffer.
de *filo* pendet:	an einem Faden hängt:	Zingiber vel Zinziber, n. 3. Ingber.
Quo facto illud *operculatur*, *operculo munitur*,)	Worauf es zugespündet, 4	
& in *cella* asservatur.	und im Keller verwahret wird. 5	
* * *	* * *	
Opes & *Honores*	Reichthum und Ehre	
sæpe illis *exitio* sunt,	sind offt denen schädlich,	
quos *Virtus* non corroboravit,	welche nicht in der Tugend erstarcket/	
quemadmodum *mulsum*	gleichwie der Meth	
juvenibus & *biliosis* damno est,	jungen und Gallsüchtigen Leuten schadet/	
quod tamen *senibus medicaminis* loco proficuum.	welcher doch Alten statt einer Artzney dienet.	

CXXIX.

Aceti Confector. Der Heffner und Eßig-Händler.



Si *Acetum* in *dolio*,	Wann der Eßig im Faß, 1	
cui *fermentum* & *piper* contritum imponitur,	worein man Sauerteich und zerstossenen Pfeffer legt,	
spatha lignea	mit dem Rühr-Holtz, 2	
sæpius, & quidem *quotidiè*, agitatum est,	öffters, und zwar täglich, umgerührt worden / 3	
elutriatur in *doliola*,	wird er in kleine Fäßlein gelassen / 4	Doliolum, n. 2. ein Fäßlein.
quæ deinde *ancilla acetum circumferens* exportat.	welche hernach die Eßig-Magd 5 austrägt.	
Qui verò *acetum* emit,	Wer aber Eßig kaufft /	

er

ſit *acetum vinarium* vel *cerevisiarium*,	es ſey gleich Wein- oder Bier-Eßig,	
cupit *acetum* acre, mordax,	will guten ſcharffen Eßig haben/	
quod in *ampulla acetaria* aſſervatur.	welcher in dem Eßig-Krug 6 (Eßig-Flaſchen) aufgehebt wird.	Ampulla acetaria, Eßig-Krug.
Eo utitur,	Deſſen bedienet ſich/	
qui acorem cibo ciere (creare) aut carnem aceto macerare vult.	wer eine Speiſe ſäuren oder Fleiſch einbeitzen will.	
Acetum etiam in *acetabulis*	Eßig wird auch bisweilen in Eßig-Schüſſelein (Eßig-Schällein)	Acetabulum, n. 2. Eßig-Schüſſelein/ Eßig-Schällein.
ad *cibos mensæ* imponitur.	zu den Speiſen auf den Tiſch geſetzt.	
* * *	* * *	
Acetum *flammam* extinguit;	Eßig löſchet die Flamme aus;	
& meditatio *aceti cum felle mixti*, quod CHRISTUS *peccati nostri causa* guſtavit,	und die Betrachtung des Eßig- und Gallen-Trancks CHRISTI um unſerer Sünde willen	
reprimit in nobis *flammas cupiditatum*.	tilget das Feuer der Begierden in uns.	

CXXX.

Opifex Pandurarum & Testudinum.



Der Geigen- und Lauten-Macher.

Latin	German	
Ab hujus *Artificis* manu diversa accipimus *Instrumenta*	Von dieses Künstlers 1 Hand empfahen wir unterschiedliche Instrumenten,	
& primò quidem	und zwar erstlich	
cum tuba certans *Monochordon:*	die mit der Trompette certirende und nur mit einer Saite bezogene Trompette marin : 2	
Deinde conficiuntur ab eo *Pandura initialis*,	Hernach werden von ihm verfertiget die Bretleins-Geigen, 3	
quâ tyrones utuntur;	deren sich die Lehrlinge bedienen;	Tyro, m. 3. Lehrling / Lehr-Knab.
Barbitus, m. 2. & *Barbitos*, f. 2. *gravis*,	die Baß-Geige, 4	
Barbitos acuta, *secundaria*,	Discant-Geige, 5	
Barbitus media,	Tenor- oder Alt-Geige, 6	
Barbitos amoris,	Viol d' Amour, 7	
Barbitos genualis, in quibus *Jugum*, n. 2. *Cervix*, f. 3.	Viola di Gamba, 8 an welchen der Hals, 9	
Albus, f. 2.	der Bauch, 10	
Ponticulus, m. 2. *Magas*, f. 3. *Magadium*, n. 2.	der Steg. 12	
Hæ omnes *Plectro* plectuntur.	Diese alle werden mit dem Bogen 13 gestrichen.	Plectrum, n. 2. der Bogen.

Suavis *Chelys*, f. 3. *Testudo*, pariter opus manuum suarum est:	Die liebliche Laute 14 ist gleichfalls ein Werck seiner Hände:	
Jugum, *Cervicem*, circumligat *dimensionibus sonorum*;	am Lauten-Hals machet er die Bände; 15	Dimensio sonorum, ein Bund auf der Lauten oder Geigen.
in *Ponte*, *Ponticulo*, juxta quem *Echea* sunt,	an dem Steg, bey welchem der Stern ist/ 16	Echea, orum, plur. der Stern in der Lauten.
intendit *Chordas*, *Fides*,	ziehet er die Saiten auf/	
quas in *foramina verticillorum* trajicit,	welche er in Löchern der Zwecke anmacht/	
impuras demit, incidit *impuros nervos*.	die falschen ziehet er wieder ab.	
Hoc facto *Citharam* perstringit,	Hernach stimmt er die Lauten,	
experitur *chordas*, pertentat *chordas*, & pulsat Citharam, Testudinem.	præambulirt/ und schlägt darauf.	
Testudo fidium harmonia egregiè instructa, est *Citharrœdi*, *Chelonii*, oblectatio.	Eine wolbezogene Laute ist des Lautenisten Wolgefallen.	Citharrœdus, m. 2. Chelonius, m. 2. ein Lautenist.
Sorores *Testudinis* sunt:	Schwestern der Lauten sind:	
Mandora, f. 1.	Ein Mandor, 17	

Chelys

Chelys angelica,	Angelique, 18	
Theorba, f. 1.	Theorbe, 19	
Cithara, f. 1.	Chitar. 20	
Tandem componit etiam *Nablia*, simplicia, vel duplicia.	Endlich macht er auch Harffen, 21 einfache oder gedoppelte.	Nablium, n. 2. eine Harffe.

* * *

Chelin vel *Nablium* pulsaturus,	Wer auf der Harffe oder Laute schlagen will /
oculos defigit in *librum*,	der richtet die Augen aufs Buch,
& *manum* admovet *Instrumento musico*.	und legt die Hand ans Instrument.
Si tu *voluntatis* & *affectuum harmoniam* efficere studes;	So du Willen und Neigungen übereinstimmend machen wilt;
Verbum DEI ob *oculos* pone,	so hab GOttes Wort vor Augen,
cor tuum tange *probatione tui*,	greif in dein Hertz, durch Prüfung dein selbst,
& cave, ne *male* finias,	und siehe zu / daß du nicht übel endest /
dum *bene* exorsus es.	wann du wohl angefangen hast.

CXXXI.

Tibiarius. Der Pfeiffen-Macher.



Hic conficit ex *ebore*	Dieser macht aus Elffenbein	
Fistulas clarè sonantes,	hell-thönende Flageolets, 1	Fistula, f. 1. *Flageolet.*
Tibias communes,	gemeine Flöten, 2	
aut *Tibiam suave sonantem*,	oder eine Flûte-douce, 3	Tibia suave sonans, *Flûte-douce.*
quâ *amatores* interdum *occentant* ad *ostium amicæ:*	mit welcher die Verliebten bisweilen Jungfern ein Ständgen machen: 4	
suaviter cum ea concordat	es stimmt mit selbiger lieblich überein	
Tibia major seu *decumana*,	die grosse oder Baß-Flöte, 5	
quæ, *lingulâ tibiæ* bene instructa,	welche/ mit ihrem Zünglein wohl versehen/	Lingula tibiæ, das Pfeiffen-Zünglein.

in

in *tibiarum theca* custoditur.	im Pfeiffen=Futter 6 verwahret wird.	Tibiarum theca, das Pfeiffen=Futter.
Lituus, m. 2. & *Tibia Phyrgia* (*Fagottus*) audiuntur in *Musicis ecclesiasticis*,	Die Zincke und Fagott 7 höret man bey Kirchen=Musiquen,	
quibus etiam sæpius adjunguntur	denen auch öffters beygefüget werden /	
Tibiæ longæ, *Decumanæ*, *Tibiæ musicæ*	die Hautbois 8	Tibia longa, Decumana, Tibia musica, *Hautbois*.
& *Venatoria cornua*, *Venatoriæ buccinæ*.	und Wald=Hörner. 9	Venatorium cornu, venatoria buccina, ein Wald=Horn.
Gingras f. 1. *Tibia gingrina*	Die Schallmeyen	
accepta est *rusticis*,	ist den Bauren angenehm /	
& *Tibia transversa*	und die Quer=Flöte, Zwerch=Pfeiffe, 11	
militibus.	den Soldaten.	
* * *	* * *	
Noli superbire *sapientia* tua aut *ingenio*,	Prange nicht mit deiner Weisheit und Verstand,	
sunt enim *Dona Gratiæ DEI*;	denn es sind Geschencke der Gnade GOttes;	
si illa te *derelinqueret*,	wann dich diese verliesse,	
similis esses *Tibiæ*,	so wärest du gleich einer Flöte,	
quæ *clangorem* edere nequit,	welche keinen Schall von sich geben kan /	
ni *halitu oris* infletur.	wo sie nicht von dem Athem des Mundes angeblasen wird.	

CXXXII.

CXXXII.

Chordapœus. Der Saiten-Macher.



Chordarum confectio requirit laborem;	Zum Saiten-Machen gehört Arbeit:	
Nam *intestina ovina* primo *insecantur*, *purgantur*,	Denn die Gedärme von Schafen werden erstlich aufgeschlitzt, gereinigt, 1	Intestinum, n. 2. & Intestinus, m. 2. Gedärm.
in latis regulis quadratis *agglomerantur*, & *siccantur*;	auf breiten Ramen aufgewickelt, 2 und gedörrt; 3	
Deinde *octiduum lixivio* imponuntur,	Hernach acht Tage in eine Lauge gelegt/	Lixivia, f. 1. & Lixivium, n. 2. Lauge.
& quotidiè *quater* ex eo *lavantur*.	und täglich viermal aus selbiger gewaschen. 4	

Hoc

Hoc facto,	Wann dieses geschehen/	
fibræ horum *intestinorum*,	werden die Fäden solcher Gedärme, 5	
ope quarundam *cochlearum*,	vermittelst etlicher Schrauben, 6	
in *rotæ* firmantur,	an einem Rad fest gemacht/ 7	
& vel *tenues* vel *crassæ chordæ* (*fides*) ducuntur.	und entweder dünne oder dicke Saiten gesponnen. 8	Tenuis, e, dünn. Crassus, a, um, dick.
Inter has est *Hypate*, f. 1. *principalis chorda*,	Unter solchen ist die grosse Baß-Saite,	
Parhypate,	die kleinere nechst an der grossen,	
Lichanus,	die fünffte Gattung,	
Mese, *Paramese* seu *Trite*,	die Terz, Neben-Terz,	
Paranete,	die Quart,	
Nete.	die Quint.	
Chordæ interdum *colore rubro* vel *cæruleo* tinguntur,	Die Saiten werden bisweilen roth oder blau gefärbet/	
& *fasciculi* agglomerantur.	und Büschelein gewunden. 9	Fasciculus, m. 2. ein Büschelein.

* * *

Chordæ non tensæ	Lottere oder ungezogene Saiten
nullum fundunt *sonum*:	geben keinen Klang:
Et *cor* nostrum *silet*,	Und unser Hertz schweigt,
de *laude* divinæ misericordiæ,	von dem Lob Göttlicher Erbarmung/
ni illud *angustiis* intendatur.	wo es nicht durch Creutz aufgezogen wird.

CXXXIII.

CXXXIII.

Cerearius Opifex. Ceroplaſtes.

Der Wachs-Poſierer.



Cera apparata & variis coloribus tincta,	Das zubereitete und auf unterſchiedliche Weiſe gefärbte Wachs,	
terebinthina reſina tractabilis redditur,	wird durch den Terpentin bändig gemacht/	
& à *cerario fictore*	und von dem Wachs-Poſierer 1	Cerarius fictor, ein Wachs-Poſierer.
aſſerculo *illinitur*,	auf dem Bretlein aufgetragen, 2	Aſſerculus, m. 2. ein Bretlein.
& informis & impolita *imaginis deſignatio* *cælo* vel *Stylo eburneo* vel *ligula oſſea*	und der Entwurf eines Bildes 3 mit dem Form-Eiſen oder Helffenbein und Faltz-Bein 4	Ligula oſſea, ein Faltz-Bein.
elaboratur.	ausgemacht.	

Effor-

Efformat etiam *imagines hominum ad vivum*,	Er verfertiget auch Contrefaite, 5	
flores & fructus,	Blumen und Früchte, 6	
in quibus, ut & in *capsellis & pyxidulis*	in welchen/ wie auch in Schächtelein und Büchslein 7	Capsella, f. 1. ein Schächtelein.
varia *Jocosa* latent.	allerhand kurtzweilige Sachen verborgen. 8	Pyxidula, f. 1. ein Büchslein.
Quia *Liberis initiantur* plerumque conjuges,	Weil Kinder der erste Hausrath gemeiniglich sind/	
novellis conjugibus	so werden jungen Eheleuten	
Infantes cerei, tanquam *munus nuptiale* afferuntur;	wächsene Kinder 9 als ein Haus-Geschenck gebracht;	Munus nuptiale, eine Haus-Schenck.
Defunctis verò *Angeli tubam* aut *coronam* tenentes in *sarcophago* adjunguntur.	den Verstorbenen aber Posaunende oder krönende Engeln 10 mit ins Grab gegeben.	

* * *

Qui de *Nobilitate* se jactat,	Wer sich des Adels rühmet/	
& *nobilibus virtutibus* destituitur,	und nicht edle Tugenden hat/	
similis est *imaginibus cereis*,	ist gleich den wächsenen Bildern,	
quas *prisci Romani* in *prima ædium parte* collocabant;	welche die alten Römer in ihren Vorhöfen hatten;	
repræsentabant quidem *claros viros*,	sie stellten zwar berühmte Leute vor/	
nec ii erant.	waren aber solche nicht.	

CXXXIV.

CXXXIV.

Plumarius. Plumatilis operis Artifex.



Der Feder-Schmucker.

Si *Struthionum pennæ maceratæ*,	Wann die Strauſſen-Federn gebeitzt, 1	Struthio, m. 3. Struthius, m. 2. ein Strauß.
